



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera Mystica V. Ac Mystici Doctoris F. Ioannis A Crvce
Primi Religiosi Discalceati Ordinis B. V. M. De Monte
Carmelo Et Seraphicæ Virginis Theresiæ fidelissimi
coadiutoris**

Juan <de la Cruz>

Coloniæ Agrippinæ, 1639

Canticvm Spirituale Inter Animam Et Christvm Et Christvm Sponsvm: Vbi
Mvltiplices Teneriqve Orationis, & Contemplationis affectus & effectus
delarantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37873

CANTICVM
SPIRITVALE
INTER ANIMAM
ET CHRISTVM
SPONSVM:

VBI MVLTIPLES TENERIQVE
*Orationis, & Contemplationis affectus &
effectus declarantur.*

A V T H O R E

V.P.F. IOANNE A CRVCE
PRIMO DISCALCEATO ORDI-
NIS BEATÆ VIRGINIS DE MONTE
Carmelo, à Seraphica Virgine Sancta THERESIA
à IESV reformati, eiusdemque Virginis
Coadiutore fidelissimo.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
In Officina Hæred: BERNARDI Gualtheri.

ANNO M. DC. XXXIX.



PROLOGVS.

QVONIAM hi Cantus aliquo Amoris Dei feruore prolati videntur, cuius sapientia & amor tam est immensus, vt, quemadmodum in lib. Sapientia dicitur, attingat à fine, vsq; ad finem, anima verò Amore informata, & mota, eandem quodammodo dicendi copiam & impetum præferat; propterea non est hic animus explanare latitudinem, & abundantiam spiritus foecundi ab Amore, quo agitur in illis: imo crassa nimis esset ignorantia cogitare quod Amoris Dei dicta, mysticæque intelligentiæ effata (qualia sunt hæc de quibus agunt hi Cantus) aliquo verborum genere apte possint explicari. Spiritus enim Domini, qui adiuuat infirmitatem nostram, vt ait D. Paulus, in nobis matrens, *Postulat pro nobis gem*^{Rom. 8. 26.}
mitibus inenarrabilibus id, quod nec satis capere, nec comprehendere ad illud manifestandum valemus. Quis etenim describere poterit ea, quæ dat intelligere animabus amanti- bus se? quis verbis manifestare, quæ illis tribuit experiri? quis denique eloqui poterit, quæ facit illas desiderare? Nemini sane id licet, imo nec illimet, qui ista experiuntur id possunt. Idcirco enim figuris, aut

Tt. 3. simili-

anis
uce

tra
tica

VI
24

similitudinibus siue parabolis, reuelant potius aliquid
 eorum, quæ in se sentiunt atque ex abundantia spiritus
 arcana euomunt mysteria, quam rationibus; illa dilu-
 cidant. Quæ similitudines nisi ea sinceritate spiritus a-
 moris, & intelligentia, quam præferunt legantur, deli-
 ria potius, quam locutiones sensatæ videntur. Quem-
 admodum videre est in Diuinis Canticis Salomonis,
 inque alijs diuinæ Scripturæ libris: in quibus cum nol-
 let Spiritus sanctus vsitatis, vulgaribusque locutioni-
 bus sensus sui affluentiam indicare, idcirco peregrinis
 quibusdam figuris, ac parabolis loquitur mysteria.
 Hinc fit quod Dd. Sancti quamuis multa dixerint, &
 in dies noua dicant, nunquam tamen verbis id satis ex-
 plicare valeant; sicuti reuera verbis effari nequit: ac
 proinde quod regulariter de eo exprimitur, est mini-
 mum quod in se continet. Cum itaque hæc Cantica
 composita sint amore superabundantis intelligentiæ
 mysticæ omnino perfecte dilucidari non poterunt, ne-
 que is est scopus meus, sed adferre solummodo genera-
 liter aliqualem lucem, siue notitiam: quod & satius du-
 co. Præstat siquidem amoris dicta in sua latitudine re-
 linquere, vt ex eis vnusquisque pro modo, & capaci-
 tate spiritus sui proficiat, quam ad vnum dumtaxat
 sensum illa restringere, cui omnium palatum non at-
 temperetur. Itaque etiamsi aliquo modo elucidentur,
 necesse non est elucidationi sese alligare. Etenim sapi-
 tia mystica (quæ per amoré intelligitur, de qua agitur
 in sub-

in subiectis Cantibus non est opus vt intelligatur distinctè, ad hoc vt effectum amoris, & affectus in Anima producat, habet enim se ad instar fidei, in qua Deum amamus, quem tamen distinctè, & clare non cognoscimus. Quapropter breuitati maximè studebo, tamen si aliquibus in locis, materia id exigente, oblataq; occasione agèdi, & explicandi nonnulla puncta, & effectus orationis, fieri non poterit quin aliquando fusior sim: cum enim pleraq; eorum in Cantibus perstringantur, non licebit non agere de aliquibus. Verumtamè communioribus prætermisissis, quæ magis sunt insolita, & extraordinaria, quæque Animabus incipientium statû prætergressis eueniunt, paucis indicabo. Idque ob duplicem hanc rationem, imprimis, quoniam de communioribus, plura scripra reperiuntur. Secundo quia eos alloquor, quos Dominus noster tanto munere affectu, vt ab istis primordijs eductos in sinum diuini amoris sui penitus intromisit. Vnde futurum spero, quod licet nonnulla Theologiæ Scholasticæ hic puncta scribantur, ad internam animæ cum Deo conuersationem spectantia, non erit nihilominus ad puritatem spiritus superuacaneum, aliquid hac ratione differuisse: esto namque nonnulli careant exercitio Theologiæ Scholasticæ, qua veritates Diuinæ intelliguntur, non carent tamen exercitio Mysticæ, quæ per Amorem sapitur, quo non solum sapitur, sed etiam gustatur.

Vt autem quidquid dixerò (quod & saniori iudicio,
& to-

anis
uce

tra
tica

VI
24

& totaliter sanctæ Matri Ecclesiæ subijcere volo) maiorem fidem faciat, nihil ex me asserere cogito, confusus experientiæ propriæ, aut his quæ in alijs personis spiritualibus nouerim, aut ab illismet audiuerim (quamuis istis etiam adminiculis uti in animum induxerim) nisi sacra Scripturæ testimonijs comprobetur, ac dilucideatur, saltem in his, quæ intellectu difficiliora videbuntur. In quibus testimonijs adferendis tenorem hunc obseruabo, primum verba Textus citabo, & immediate post iuxta subiectam materiam illa explanabo. Cantica verò omnia simul præponam, deinde vero illa declarabo, quolibet seorsim ordine suo apposito vna cum propria declaratione.

CANZ

CANCIONES ENTRE EL ALMA & Christum Sponsum eius.
CANTVS INTER ANIMAM & Christum Sponsum eius.

I.
Esposa.
A Dónde te escondiste
Amado, y me dexaste con gemido
Como ciervo huiste
Auiendome herido
Salí tras ti clamando, y eras ido.

II.
Pastores, los que fueredes
Allá, por las majadas al osero
Si por ventura vieredes
Aquel que yo mas quiero
Dizele que adolezco, peno, y muero.

III.
Buscando mis Amores
Ire por estos montes i, riberas
Ni cogere las flores
Ni temere las fieras,
I pasare los fuertes, y fronteras.

IV.
O, bosques y espesuras
Plantadas por la mano de mi amado
O prado de verduras
De flores esmaltado
Dizeid si por vosotros ha pasado.
Respuesta de,
las Criaturas.

V.
Mil gracias derramando
Paso por estos solos con presura
I yendolos mirando
Con sola su figura
Vestidos los dexo de su hermosura.

I.
Sponsa.
O Vo te condens abiuisti,
Chare, quas in latebras:
Instar cerui auffugisti,
Vt me sauciaueras.
Moxta, lugens, destituta,
Sum te clamans insequuta:
O dolor! euaseras.

II.
Vos Pastores qui transitis
Per caulas in speculam,
Si fors, ei facti sitis,
Quem amamus obuiam:
Nunciate quod languescis,
Et in mortem colliquefcit,
Quam reliquit sauciam.

III.
Montes, ripas (quasi turra
Meum istud corculum)
Cita scandam non lectura,
Ne sit mora stoscolum:
Neque seras formidabo,
Sternam sortes, perueabo
Limitum obstaculum:

IV.
Virens nemus, sylua densa
Luci delectabiles,
Quis serendus sunt impensa
Sponsi manus nobiles,
Prata multo picta flore
Per vos nome cum decore
Gressus egit mobiles.

V.
Creatura.
Per hos saltus citus iuit
Mille stillans gratijs,
Quos videndo insigniuit
Quis fulgebat radijs.
Sola sua vi figura
Ei sua dans natura
Va Clarere vestigjs. Esposa.

aniz
luce

tra
tica

VI
29

Espoſa.

VI.

Ay quien podrá sanarme
Acaba de entregarme ya de vero
No quieras embiarme
De oymas mensajero
Que no saben dezirme lo que quiero.

VII.

Todos quantos vagau
De ti me van mil gracias refiriendo
I todos mas me llagan
T dexame muriendo
Vn no se qua, que quedan b. abuciendo.

VIII.

Mas como perseveras
O vida no viuiendo donde viues
T haziendo porque mueras
Las flechas que recibes
De lo que del amado enti concibes.

IX.

Porque pues has llagado
A queſte coracon nole sanaste?
T pues mele has robado
Porque aſi le dexaste
Uno tomas el robo que robaste?

X.

Apaga mis en ojos
Pues que ninguno basta a desbazarlos
T veame mis ojos,
Pues eres lumbre dellos
T solo para ti quiero tenellos.

Sponſa.

VI.

Heu quis mea quibus pena
Adferre ſuppeticas?
Age tandem da te plene
Vrasque delicias.
Nescientes indicare
Quod ſic opto, ne legare

Nuncios adſicias.

VII.

Quotquot Deo ſunt vacantes
Quos dotatiſti plenius,
Plura de te ſunt narrantes,
Meque plagant aruius
At me nec at quid ignotum
Quod hi meum cura votum

Indicant obſcurius.

VIII.

Sed qui vita, qua non viuui
Vbi vitam accipis,
Perſeueras hic in viuui
Quando tela recipis?
Tela nata necem dare
Ab hiſ orta qua praclarè

De dilecto conſipis.

IX.

Quod potenter vulneraſti
Cor, tui notitia,
Cur id quoque non ſanaſti
Oblata praſentia?
Cur (ſiquidem rapuiſti)
Dimiſiſti, nec tu liſti

Prada tua ſoluiſti

X.

Leni turbas has dolorum
Nam ſolus ſufficies,
Quorum lux es oculorum.
Te pideas acies,
Ad hoc ambos nam ſeruaui
Vt hiſ ſua quam amaui

Sit obiectum facies
Dignis

XI.

Descubre ni presencia
Y mateme tu vista y hermosura
Mira que la dolencia
De amor no bien se cura
Sino con la presencia, y la figura.

XII.

O, Christalina fuente
Si en estos tus semblances plateados
Formastes de repente
Los ojos descados
Quetengo en mis entrannas debuxados.

XIII.

Apartalos amado
† Espolo. Que voy de buelo † Bucluete paloma
Que el cicruo vulnerado
Por el otero asoma
Y al ayre de tu buelo fresco toma.

XIV.

Mi amado las montannas
Los valles solitarios nemorosos
Las Insulas estrannas,
Los rios sonorosos,
El sitio de los ayres amorosos.

XV.

La noche sosegada
En par delos leuantes del Aurora,
La musica callada
La soledad sonora
La cena que recrea y en amora.

XI.

Pande tua facies
Decorem eximium,
Vi tam mira species
Cedat amans nimium:
Nam amoris non sanatur
Plaga, nisi concedatur
Vultus in remedium.

XII.

Fons ô pure pellucente
Cristallo limpidiôr.
Ab ocellos si repente
(Quibus sic afficiôr)
Hos in tuos argentatos
Vultus formes quos umbratos
Mens habet interior.

XIII.

Hos auerte mi dilecte
Quia volans rapiôr.
Sponsus. O Columba viam flecte,
Redi niue purior,
En, è colle vulneratus
Ceruus paret, & volatus
Captat aures latior.

XIV.

Sponsa. Sponsus meus celsi montes
Valles solitaria,
Et quas rigant auri fontes
Insula extraria,
Alrum æquor ac sonorum
Amorosa æphirorum
Aura flantes varia.

XV.

Nox quieta cum aurora
Primo nascens radiat,
Solitudog, sonora
Quâ quid magis rapiat:
Qua musica qua silens tacet,
Cana pinguis, que dum placet
Amorem conciliat

XVI.

Nuestro lecho florido
De cuevas de leones enlazado
En purpura teñido
De paz edificado
Con mil escudos de oro coronado.

XVII.

Azaga de tu huella
Las juvenes discurren al camino,
Al toque de centella
Al adobado vino
Emisiones de balfamo diuino.

XVIII.

En la interior bodega:
De mi amado beui, y quando salia:
Por toda aquesta vega:
Ya cosa no sabia:
El ganado perdi que antes seguia.

XIX.

Alli medio su pecho:
Alli me ensenno ciencia muy sabrosa,
Y yo le di de hecho:
A mi sin dexar cosa
Alli le prometi de ser su esposa.

XX.

Me alma se ha empleado
Y todo mi caudal en su servicio
Ya no guardo ganado
Ni ya tengo otro oficio
Que ya sola en amar es mi exercicio.

XXI.

Pues ya si en el exido
De oy mas no fuere vista ni hallada:

XVI.

Rofsi olet absque spinis
Lectus noster floridus,
Septus antris leoninis
Cocco rubet splendidus
Pace structus, & auratis
(In tutelam preparatis)
Mille scutis fulgidus.

XVII.

Hinc discurrunt iuniores,
Tuum post vestigium,
Ad contactus, & saporis
Scintillarum dulcium:
Ad melliti gustum vini,
Emissionum diuini.

Balsami delictum.

XVIII.

In interna introitus:
Dilecti cellaria:
Ibi bibi, dum exiui
Tota per hac spatia:
Nil sciebam, nil loquebar,
Ipsam gregem quem sequebar,
Amisi per ania.

XIX.

Mihi pectus hic porrexit:
Hyble melle dulcius,
Et doctrinam direxit,
Qua nec necit gratius:
Illi totam me respondi
Et futuram me sponsam
In sponsam constantem.

XX.

Illi totam se dicavit,
Plena mens officio:
Vimque totam consecrauit:
Illius obsequio,
Grege non vltra mihi cura,
Nullum munus, soli pure
Charitati serui.

XXI.

Posthac erga si in pratium
Non inuenta fuero:

Dicitur

Dixijs, que me he perdido
Que andando enemorada
Me bize perdidiza y fui genada.

XXII.

De flores y esmeraldas
En las frescas mannanas escogidas
Haremos las guinaldas
En tu amor florecidas
I en yn cabello mio entretexidas.

XXIII.

En solo aquel cabello
Que en mi cuello bolar consideraste
Miraste en mi cuello
I en el preso quedaste
I en vno de mis ojos te llagaste.

XXIV.

Quando tu me mirauas
Tu gracia en mi tus ojos imprimien,
Por esso me ademauas
I en aso merecian
Los mios adorar loque enti Veian.

XXV.

No quieras despreciarme
Que si color moreno en mi hallaste,
Ia bien puedes mirarme
Despues que me miraste
Que gracia y hermosura en mi dexaste.

XXVI.

Cogednos las vaposas
Que esta ya florecida nuestra vinna,
En tanto que de rosas

Perijse me dicatis,
Nam verè periero.
Perij namque ardens nimis,
Memet perdens sed opimè

Hinc lucrum exubero.

XXII.

E smaragdus & collectis
Primo mane floribus,
Construemus ferta lectis
Ingemmat a roribus,
Verna tuo ab amore
Crisis mei (nouo more)

Colligata nexibus.

XXIII.

Quem in meo respexisti
Collo crine crispulo,
Quem aspectans remansisti
Vinctus vt funiculo,
Ac plagatus tu meorum
Es in vno oculorum

Ceu potenti spiculo.

XXIV.

In me quando intendebas,
Oculorum acie
In me (mirum) imprimebas
Tua decus gratia:
Adamabas; hinc merebam
Adorare, quod cernebam

Tua visa facie.

XXV.

Noli sponse, noli precor
Noli me despicere,
Nam si fuscus oris decor
Fuit, iam me cernere
Tutè potes, cum spectasti:
Nam spectando me donasti

Raro forma munde.

XXVI.

Vulpes nobis colligate,
Nulla prorsus transeat;
Cum gemmarum vberitate
Nostra vitis floreat.

Vu 3

Here.

inis
uce

ra
tica

VI
20

Hazemos vna pina
Y no parezca nadie en la montinna.

XXVII.

Detente cierço muerto
Ven austro que recuerdas los amores
Aspira por mi huerto,
Y corran sus olores
Y pacera el amado entre las flores.

XXVIII.

Esposo. Entrado se ha la Esposa
En el ameno huerto deseado
Y a su sabor reposa
El cuello reclinado
Sobre los dulces brazos del amado.

XXIX.

Debaxo del maucano
Alli con migo fuisse desposada
Alli te di la mano,
Y fuisse reparada
Donde tu madre fuera violada.

XXX.

Alas aues ligeras
Leones, ciervos, gamos saltadores,
Montes valles riberas,
Aguas, ayres, ardores
Y miedos delas noches veladores.

XXXI.

Por las amenas liras
Y canto de sirenas os conjuro
Que cesen vuestras iras,
Y no roguis al muro
Porque la Esposa duerma mas seguro.

Veris rosas dum legemus,
Hisque conum construemus,

Nemo collem adeat.

XXVII.

Adfis aufter (sacros rores
Fuge siccas aquilo)
Fla per hortum, qui amores
Vrges leni sibilo,
Fluant eius vt odores,
Et pascatur inter flores

Dilectus in initio.

XXVIII.

Sponsus. Tam intravit in optata
Sponsa viridaria,
Vbi rosis sociata
Alba candent lilia,
Et quiescit reclinata
Collum inter adamata

Sponsi sui brachia.

XXIX.

Subtus malum te despondi
Licet esses extera;
Meam fidem hic spondi
Data tibi dextra:
Esque per me reparata,
Vbi tua violata

Mater est adultera.

XXX.

Leues aues, ac scotes
Fidi ciues montium,
Cerui, dama saltatores
Tam amici fontium,
Montes valles, & ardores,
Ripa, flatus, & timores

Vos vigilis noctium.

XXXI.

Vos adiuro per lyrarum
Melle melos dulcius,
Perque cantum Sirenarum
Quo nihil incundius:
Ira cessent, nec adire
Murum tentent vt dormire

Sponsa quærat tunc
Esposa.

XXXII.

Esposa. O Ninfas de Iudea
Entanto que en las flores y rosales
El ambar perfumea,
Morà en los arrabales
Y no querays tocar nuestros vmbrales.

XXXIII.

Escondede carillo,
Y mira contu haz alas montañas.
Y no quieras dexillo
Mas mira las campanas
Dela que va por insulas estrannas.

XXXIV.

Esposo. La blanca palomica
Al Arca con el ramo se ha tornado
Y ya la tortolica
Al socio desecado
En las riberas verdes ha hallado.

XXXV.

En soledad viuia,
Y en soledad ha puestto ya su nido
Y en soledad la guia
Asolas su querido
Tam bien en soledad de amor horido.

XXXVI.

Esposo. Gozemonos amado
Y ramonos auer entu hermosura
Al monte, ò al collado
Do mana el agua pura
Entremos mas adentro en la espesura.

XXXVII.

Y luego alas subidas
Cauernas de la piedra nos iremos

XXXII.

Sponfa Nympha Iuda per viros
Campi per pomaria,
Dum ambarum inter flores
Halat & rosaria:
Rogo nostrum ne tangatis
Limen, tantum incolatis
Remota suburbia.

XXXIII.

Te, te mea vita vita
Te conde dilectule,
Lustra vultu montes ride,
Clamque serua fedule:
Sed ad eius arua vide
A qua transeuntur fide
Peregrina insula.

XXXIV.

Sponsus. Iam columba pura tersa
Ad arcam de fluctibus
Ranum portans est reuersa,
Folys recentibus:
Turtur suum iam consortem
Inuenit, ò, bonam sortem!
Ripu in virentibus.

XXXV.

Incolebat grata sibi
T'esqua solitudinum,
Soluta noctam nidum sibi
Regit sponsus virginum:
Hic est quoque sauciatus,
Et internis vulneratus
Iaculis amantium.

XXXVI.

Sponfa. Sponsechare gaudeamus,
Nos ad tuum speculum
Inspecturi subeamus
Montem, aut colliculum,
Vnde manat flos aquarum,
Penetremus in syluarum
Densius vmbra culum.

XXXVII.

Dein altis in cauernas
Petra, simul ibimus,
Tam profundas & internas

Quo

izis
lice

ra
tica

VI

Que estan bien escondidas
Y alli nos entraremos
I el mosto de granadas gustaremos.

XXXVIII.

Alli me mostrarias
Aquello, que mi alma pretendia
Y luego me darias
Alli tu vida mia
Aquello que me diste el otro dia.

XXXIX.

El aspirar del ayre
El canto de la dulce Filomina
El feto y su donayre
En la noche serena
Con llama que consume; y no da pena.

XL.

Que nadie lo mirava
Aminadab tam poco parecia
I el cerco sofegava
Y la cavalleria
A vista de las aguas descendia.

Illuc introibimus,
Nec hoc solum, sed malorum
Dulce mustum granatorum

Simul degustabimus;

XXXVIII.

Quod cor meum ambiebat
Hic mihi ostenderes,
Et quod amor cupiebat
Vital non renueres:
Hic quod nuper impertisti,
Et gustandum prabuissti,

Denuo concedere.

XXXIX.

Molles, blandos, & suaves
Flantis aura zephyros,
Et qua veris vincit aues
Philomela iubilos,
Sylvæ decus, sub serenam
Noctem: flamma citra panam

Consumentis Sibilis,

XL.

Eam nemo iam videbat
Latentem interius,
Nec Tyrannus apparebat
Aminadab amplius,
Obsidio quies cedat,
Equitatus descendebat,

Secus aquas erat.

FINIS.

INCI-

INCIPIT EXPLANATIO
SPIRITUALIUM
CANTICORUM.
INTER SPONSAM, AC SPON-
sum Diuinum.

CANTVS PRIMVS.

CANCION I.

SENSVS.

Adone te abscondisti
Amado, y me dexaste con gemido
Como ciervo buisfe,
Anandome herido
Saltraffti clamando, y eras ido.

Vbi te abscondisti
Dilecte, & me reliquisti cum gemitu
Instar cerui aufugisti,
Me prius vulnerata,
Post te clamans exiui, sed iam abiurata.

In hoc primo cantu anima Ver-
bi filij Dei sponsi sui amore ar-
dens, per claram & essentialem
visionem ei copulari desiderans,
amoris sui anxietates, de absentia illius
conquesta, illi proponit: ex eo maxime
quod eius amore saucia, cuius gratia re-
bus omnibus, etiam se ipsa exiuit, absentiam
nihilominus dilecti sui, inuita debeat su-
stinere, nec a vinculis carnis mortalis dis-
solui, ut illo perfrui liceat in aeternitate
gloriae, ait itaque:

Vbi te abscondisti.

Quod idem est ac si diceret. Verbum
sponse mi, indica quae sit locum, vbi abscon-
ditus delitelcis? quibus verbis diuinam il-
lius essentiam sibi postulat manifestari, lo-
cus enim vbi Dei filius latet, vt D. Ioannes

ait, est sinus Patris, essentia nimirum
diuina, quae cuius oculo mortali, & cit-
cunque intellectu creato abscondita est,
ac peregrina in hac vita. Quod indicare
voluit Isaias, cum dixit: Vere tu es Deus ab-
sconditus. Vbi notandum est, quod licet
maximas Dei communicationes, & praesentias,
etiam sublimes perfectissimasque
Dei notitias habeat anima in hac vita, ne-
quaquam illas esse Deum essentialiter,
neque habere affinitatem cum illo; reue-
ra enim adhuc animae absconditus est.
Eique expedit super vniuersas eiusmodi
magnitudines semper absconditum re-
perire, & vt latentem inquirere, dicendo:

Vbi te abscondisti.

Non enim sublimis communicatio,
sensibilisque praesentia, est maius praesentiae

Xx

lentiae

1215
144014
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100VI
21

Isa. 45. 15.

Diuina
communi-
cationes,
& notitia
licet perso-
nalissima, no-
sunt Deus
essentiali-
ter, nec
habent af-
finitate est
illo.

sentia illius testimonium; neque ariditas, istarumve rerum carentia, minus est eiusdem presentia argumentum in anima. Quapropter ait Iob. *Si venerit ad me non videbo eum, si abierit non intelligam*, quibus verbis denotatur, quod licet anima grandem aliquam communicationem, Deive notitiam, & sensum percipiat, non debet propterea sibi persuadere, id esse Deum magis habere, seu magis in illo esse: neque etiam quod illud, quod experitur, aut intelligit, sit Deus essentialiter, quantumlibet magnum illud sit: quin immo nec cogitare debet Deum procul a se abesse, si ijs omnibus sensibilibus donis careat, cum reuera ex neutro istorum, certo scire possit, verum in gratia Dei constituta sit, an non. Scopus itaque animae in hoc versu est, non solum petere effectivam, & sensibilem devotionem, in qua nulla est certitudo, nec evidentia gratiae possessionis sponis in hac vita, sed etiam presentiam, & claram visionem divinae essentiae, qua certior redita, & contenta esse cupit in gloria. Hoc idem sibi voluit sponsa in divino Cantico, quando hanc unionem diuinitatis verbi sponis sui desiderans a Patre eam poposcit dicens: *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie*, dum enim vbi pascatur inquirat; essentiam Verbi sibi manifestari postulat. Pater enim in vnico filio suo solummodo pascitur: dum verò interrogat, vbi cubet in meridie, idem etiam petit. Pater enim alibi non cubat, nec alio pascitur, quam filio suo, in quo recumbit, totam essentiam eidem communicando, in meridie, hoc est, in aeternitate, vbi iugiter illum generat. Hunc igitur pastum, quo Pater pascitur, hunc floridum lectum diuini Verbi, vbi creaturis omnibus recubat absconditus, auide poposcit hoc loco sponsa cum ait:

Iob 9. 22.

Nec desotio sensibilia est signum infallibile gratia Dei, neque ariditas carentia eius signum.

Cant. 1. 6.

Vbi te abscondisti.

Notandum est autem, ad hoc vt quis sponsum hunc sciat inuenire; quod Verbum simul cum Patre, ac Spiritu sancto laet essentialiter in intimo animae centro: ac proinde animae illum inuenitur, expedit rebus omnibus egredi, secundum voluntatis affectum, summumque recessum ingredi intra se, omnia, ac si non essent, extimando. Propterea enim D. August. in Soliloquijs cū Deo locutus aiebat, *Circum vicos & plateas ciuitatis huius mundi delinquens te, & non inueni, quia male quaerendum fore, quod erat intus*. laet igitur absconditus in anima, ibique a viro contemplatio est inquitendus; dicendo; *vbi te abscondisti.*

i. Dilecte & me reliquisti cum gemitu.

Dilectum vocat, quo eam amplius moueat, & ad preces suas fleat. cū enim Deus diligitur, facillimè exaudit preces amatis se, tunc autē vere dilectus nūcupari potest, quando anima tota cum ipso est, nulli rei extra illum per affectū adhaerens. Hinc dilectum nonnulli vocitant, quorum vere dilectus non est, vt pote qui ei minime toto corde adhaerent, ac proinde illorum preces coram illo non sunt tanti valoris: in eo verò quod mox ait,

Et me reliquisti cum gemitu,

Animaduertere oportet, quod dilecti absentia efficit in anima amantis alidum gemitum. Cum enim extra ipsum amet nihil, nullibi requiescit, aurdeusmen recipit. Hinc facile dignoscitur, qui vere.

verè diligit Deum, si nimirum nulla re in-
fra Deum sit contentus. Præclare D.
Paulus hunc gemitum expressit, cum aie-
bat: *Et ipsi intra nos gemimus, adoptionem fi-
liorum Dei expectantes.* hic igitur est affli-
ctus animæ gemitus, ex sensu absentia a-
mari sui ortus, tunc maxime, cum post
præibatam dulcem aliquam, lapidam-
que communicationem, arida, & solita-
ria remanet: & ideo sequitur

Instar cerui aufugisti.

Notandum est, quod sponsa in Canti-
cis comparat sponsum ceruo, & caprea
montenis dicens. *Simili est dilectus meus ca-
prea, hinculoque ceruorum,* propter veloci-
tatem, quæ se abscondit, & ostendit, pro-
ut solet facere dilectus, dum præsentia sua
animas visitat, & ab illis recedit, huiusmo-
di visitationis gratiam subtrahendo: pro-
pter quod grauiore dolore, absentiam
suam eas sentire facit; quemadmodum
hic anima significat, dum ait:

Me prius vulnerata.

Quod idem est ac si diceret, nonne
satis mihi erat dolor & afflictio, quam,
dum abes plerumque sustineo, nisi etiam
amoris tui telis vehementius me ferias,
desiderioque, & appetitu te videndi ad-
aucto, instar velocissimi cerui aufugas,
nec paulisper saltem te comprehendi per-
mittas: Ad plenioris præsentis versiculi
dilucidationem sciendum est, quod præ-
ter quam plures alias visitationum diffe-
rentias, quas Deus animæ confert, quibus
eam lauciat, & in amote sublimat, solet
etiam accensos quosdam amoris tactus
in ea efficere, qui veluti ignita iacula, ani-
mam feriunt, & transfueberant, igneque
amoris proflus cauteriatam relinquunt.
Hæc propriè loquendo amoris vulnera
nuncupantur, de quibus hic anima loqui-

tur, quæ usque adeo inflammant volun-
tatis affectum, ut igne flammaque amoris
inardescat, ita ut à flamma illa absumi vi-
deatur, quæ animam seipsam exire, totam
renouari, & ad nouum esse transire facit,
instar Phœnicis, qui seipsum exurens, de-
nuo renascitur. Hæc de re locutus David
inquit: *Inflammatum est cor meum, & renes
mei commutati sunt. Ego ad nihilum redactus
sum & nesciui.* Appetitus, & affectus quos
Propheta hoc loco renes vocat, omnes
commouentur in illa inflammatione cor-
dis, & in diuinos mutantur; & anima præ
amore resoluitur, & exinanitur, aliud
nesciens quam amorem. Tunc autem hæc
renum commutatio maximè eam tor-
quet, & angit præ desiderio videndi
Deum; adeo ut intolerabilis videatur a-
nimæ rigor amoris erga se; non quidem
ex eo quod vulnera infligit, hæc quippe
potius sanitatem reputat, sed ex eo quod
ita languentem reliquerit, nec amplius
feriendo, peremerit, ut sic eum videret,
eique perenniter adhereret in gloria: id-
circo dolorem suum exaggerans, & ma-
nifestans ait:

Me prius vulnerata.

Porto hic sensus tam grandis, ita con-
tingit, nam in illo vulnere amoris, quod
Deus infligit, velociter confurgit vo-
luntas ad possessionem dilecti sui, cuius
tactum percepit; eademque velocitate
absentiam illius pariter, ac gemitum sen-
tit. Hæc siquidem visitationes, non sunt
similes alijs, quibus Dominus animam
recreat & satiat, pacifica eam suauitate
replendo, has enim solummodo facit, ut
vulneret, non ut sanet, ut pungat po-
tius, quam ut animæ latisfaciat: utpote
quæ solummodo deteruiunt, ut noti-
tiam acuant, augeant appetitum, &

11215
1122

ra
tica

VI
24

consequentē dolorem. Hæc nuncspan-
tur amoris vulnera, quæ animæ sunt sapi-
dissima, quæ propter dum his amoris ha-
stis traiecitur, milles mortem lubens op-
peteret, quippe quæ eam se ipsa egredi, &
in Deum ingredi faciunt, quod in versu-
culo sequenti indicat, dicens:

*Exiui post te clamando,
sed iam abiueras.*

Amoris vulneribus medicina non pro-
dest, nisi adhibeatur ab eo, qui ea infixit;
ac propterea exiuit clamando insequuta
vulnerantem se præ vehementia ignis à
vulnere accensi compulsa clamare. Scien-
dum autem quod exitus hic dupliciter acci-
pitur; imprimis exeundo rebus omni-
bus, quod fit per abnegationem, & illarū
contemptum. Secundo exeundo à se ipsa
per sui ipsius obliuionem: quod per san-
ctum odium sui, in amore Dei perficitur,
qui ita animā exaltat, vt eam extra se ferri,
proptiisque cardinibus, & connaturalibus
modis, ad Deum clamando, exire faciat;
quod insinuare voluit anima cum ait: *Exi-
ui post te clamando*, quod est idem ac dicere;
sponse mi, tactu illo tuo, & vulnere amo-
ris eduxisti animam meam, non solum à
rebus omnibus, verum etiam se ipsa egre-
di compulisti, (nam reuera etiam è cor-
pore animam extrahere videtur,) & ele-
uasti ad te clamantem, at à rebus omni-
bus auulsam, vt adhereret tibi.

Sed iam abiueras.

Quasi diceret, quando volui te præsen-
tem comprehendere, minime inueni, sed
inanis, & à rebus omnibus auulsam tui cau-

sa remansi, nec tibi adhasi, suspenso pen-
dens in aura amoris, nec tibi innixa, nec
mihi. Id autem quod hoc loco anima exi-
re vocat, vt dilectum adeat, surgere ap-
pellat sponfam in Canticis, his verbis: *Surgam
& circuibō ciuitatem per vicos & plateas, que-
ram quem diligit anima mea, quæsiui illum &
non inueni.* Hic surgere spiritualiter in-
telligitur ab infimis ad altiora, quod est
idem ac à se exire, hoc est, à modo suo &
infimo, ad Dei sublimem amorem: ait au-
tem se amore vulneratam fuisse, eo quod
sponsum minime inuenit: quapropter
qui Dei flagrat amore, ob dilecti absentiam
assidue torquetur, eo quod iam se illi tra-
didit, reciproca amati traditionem ex-
pectans, & minime conceditur: cumque
propter eū se ipsam perdidit, factura ra-
men suæ concupitum lucrum non reperit,
cum amati careat possessione. Et ideo qui
propter Deum angitur, iam se totum illi
dedisse, eumque diligere manifestat; por-
ro dolor iste, sensusque propter Dei ab-
sentiam, tam immanis esse solet in his qui
perfectiōni appropinquant, quo tempore
hæc deifica vulnera insiguntur, vt nisi
Dominus auxiliaretur, vita decederent.
Cum enim voluntatis palatum, spiritum
nitidum, sanum, Deoque rite dispositum
habeant, ibique aliquid de diuini amoris
dulcedine, quam ipsi supra modum con-
cupiscunt, degustēt, etiam supra modum
patiuntur: quia nimirum quasi per rimas,
immensum illis ostenditur bonum,
nec conceditur, vnde ineffabilis
est eorum pœna atque tor-
mentum.

CANTVS SECVNDVS.

CANCION II.

SENSVS

*Pastores los que fueredes
Alla por las majadas al otero
Si por ventura vieredes
Aquel que yo mas quiero
Dezidle que adoleseo, peno, y muero.*

*Pastores quotquot ibitis
Eo per mapalia ad collem,
Si forte videbitis
Quem pre omnibus diligo
Dicite illi quia languo, crucior ac morior.*

DECLARATIO.

In hoc cantu cupit anima mediatorum, ac intercessorum opera uti apud dilectum suum, quos enixe precatur; ut de pœnis, ac doloribus suis eum faciant certiorum: amantis quippe proprietatis est, ut si per præsentiam se communicare nequit, oportunitatibus, quibus possit medijs, id efficiat, ac proinde anima, desideria, affectus gemitusque tanquam internuntios interponere decernit, qui secreta cordis optime manifestare norunt, ait igitur:

Pastores quotquot ibitis.

Affectus ac desideria pastores appellat, ipsa enim, animam pascunt bonis spiritualibus (pastor enim idem est quod pascens) quibus mediantibus Deus sese illi communicat, & non aliter: ait autem, *quotquot ibitis*: quæ nimirum ex puro amore emanaveritis, nō enim omnia desideria eunt, sed illa duntaxat, quæ ab amore fidei proficiuntur.

Eo per mapalia ad collem.

Choros Angelorum Mapalia vocat, per quæ à choro in chorum gemitus, & orationes nostræ ad Deum ascendunt: quæ collem appellat, seu speculam; nam sicut collis locus altus est, ita Deus summa celsitudo est: tam etiam quia in illo tãquam in specula, omnia, mapalia, superiora, & inferiora videntur, & explorantur: ad quæ preces nostræ tendunt, Angelorum ministerio oblatæ, prout dictum est. Quem admodum Tobias: Angelus dixit in hæc

verba. *Quando orabas cum lachrymâ, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam Domino. Possunt etiam nomine pastorum animæ ipsi Angelici spiritus designari; etenim non tantum offerunt Deo mandata nostra, verum etiam ipsius Dei mandata ad animas nostras deferunt, suavissimis inspirationibus, Deique muneribus eas pascendo, tanquam boni pastores: quorum etiam ministerio in illis confereendis vitur Dominus; ipsi etiam à lupis, nempe dæmonibus; nos protegent, atque defendunt.*

Si forte videbitis.

Quod est idem ac dicere, si sceleritas, & fors mea tulerit, ut ad illius deueniatis præsentiam, ita ut vos videat, & auscultet. Vbi animaduertendum est, quod quamuis Deus omnia sciat, & cognoscat, videat etiam, ac nolet minimas animæ cogitationes, nihilominus tamen tunc necessitates nostras videre, & supplicationes audire dicitur, cum illis remedium adhibet,

Xx 3 & istas

LIIIS
LCCCra
tica
VI
24

& istas exaudit. Non enim quæcunque necessitates petitionesque eo usque per-tingunt, ut à Deo exaudiantur, illas adimplendo; donec coram illo, tempus, numerus, & opportunitas adsit annuendi votis, & adhibendi remedium, tunc non dicitur illas videre & exaudire; ut constat ex libro Exodi; ubi post quadringentos annos seruitutis Ægyptiæ filiorum Israel, dixit Deus ad Moysen: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audivi &c. & descendi ut liberem eum.* esto eam semper viderit. Sic etiam dixit Zachariæ Gabriel Angelus. *Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua.* dum filium quem per plures annos impensius postulauerat, Deus illi concessit; etiam si semper eum audierit. Quapropter scire vnusquisque debet, quod licet Deus non statim occurrat necessitatibus, ac precibus suis, nõ propterea tamen opportuno tempore opem suam denegabit, qui teste Proph. David est. *Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, nisi ipse animum despondeat, & oratione intermittat.* Hoc igitur significare vult anima, cum ait, *Si forte videbitis, id est, si fortassis adest iam tempus quo petitiones meas exaudire dignetur, ille quem magis diligo.* hoc est, super omnia; quod spiritualiter loquendo, tunc contingit, quando nihil occurrit quo anima ab agendo, aut quolibet propter illum patiendo impediatur.

Nunciate ei quia langueo, crucior & morior.

Triples indigentia anima.

Triplicem hoc loco necessitatem anima representat, ægritudinem scilicet, dolore ac mortem; anima enim, quæ verè amat, cum dilectus abest, tribus plerumque patitur modis, secundum triplicem animæ potentiam, intellectum, nimirum, vo-

luntatem, atque memoriam. Circa intellectum languet, seu infirmatur, quoniam non videt Deum, qui intellectus salus est. Circa voluntatem cruciatur, quia Dei possessione caret, qui est voluntatis voluptas, & refrigerium. Denique circa memoriam moritur, nam dum reminiscitur omnibus se bonis intellectus carere, Dei scilicet visione, cunctis etiam voluntatis delectationibus priuari, eiusdem scilicet Dei possessione: nec non fieri adhuc posse ut illius fruitione careat in æternum; quasi mortis oculos hac recordatione patitur. Triplicem hanc indigentiam representavit etiam Deo Hierem. in Threnis dicens. *Recordare paupertatis mei, absinthij & feli, paupertas ad intellectum refertur, quia ad illam pertinent diuitiæ sapientiæ diuinæ, in quo (ut ait D. Paulus) sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Absinthium, quæ est herba amarissima, voluntati tribuitur, ad hanc siquidem potentiam spectat suauitas possessionis Dei, quæ dum caret amaricata remanet: quemadmodum Angelus D. Ioanni in Apoc. lypsi dixit, *Accipe librum & deuora illum, & facit amaricari ventrem tuum,* ventrem ibi pro voluntate vsurpans, fel ad memoriam refertur, quod denotat animæ mortem, prout Moyses in Deuteronomio significat de damnatis loquens his verbis: *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile,* quod Dei priuationem significat, quæ est mors animæ. Porro hæc triplex animæ indigentia & pœna, in tribus virtutibus Theologicis fundatur, fide, spe, & caritate, quæ ad tres animæ prædictas potentias, memoriam, intellectum, & voluntatem referuntur, licet non correspondant singulæ singulis virtutibus præfatis, tanquam proprium illorum subiectum. Notandum vero est, quod anima in præfato versiculo solummodo proponit dilecto indi-

Indigentiam, & dolorem suum; nam qui prudenter amat, sollicitus non est petere, quæ non habet, & habere cupit, sed suam indigentiam insinuare contentus est, vt dilectus faciat, quod placuerit: prout B. V. in nuptijs Canæ Galileæ fecit, quæ quidē non petijt à dilecto filio directe vinū, sed solum dixit; *Vinum non habent.* Lazari quoque sorores miserunt ad Iesum, non quidem petendo vt fratrem redderet sanitati, sed solum dicendo: *Eccē quem amas infirmatur.* Expediit autem in hunc modum se gerere propter tria. Primum quia Deus melius scit, quid nobis expediat, quam nos ipsi. Secundo quia magis ad commiserationem mouetur amatus, si diligentis se indigentiam simul & refi-

gnationem videat. Tertio quoniā animā securior est ab amore proprio, & spiritali proprietate, suam necessitatem representando, quam si determinate petat, quæ sibi deesse videntur. Eodem prorsus modo se gerit nunc anima, triplicem necessitatem suam representans, idem enim est, ac si luculentius diceret; dicite dilectō meo, quod siquidem languēo, & ipse solus est mea salus, salutem tribuat; & quoniam crucior, & ipse dumtaxat est meum solatium, consoletur me; & quandoquidem morior, & ille solus vita mea est, largiatur vitam.

Solus Deus est salus, refrigeriū, & vita anima.

CANTVS TERTIVS.

CANCION III.

*Buscando mis Amores
Ire por esos montes i, riberas
Necogere las flores
Nisemere las fieras,
I pasare los fuertes, y fronteras.*

SENSVS.

*Querendo meos amores,
Ibo per istos montes atque ripas:
Neque colligam flores,
Neque feras timebo,
Et fortes & consinia pertransibo.*

EXPLANATIO.

Non sufficit animæ orare, desiderare, & intercessorū subsidio vti, vt amatū inueniat, prout præstitit in Cantibus præcedentibus, nisi simul etiam opere illum exquirat, idque se facturam in hoc Cantu pollicetur; dum ait, post dilectum suū abituram, eum inquirendo per virtutum opera, & mortificationes, exerceendo vitam actiuam, simul & contemplatiuam: quod vt feliciter consequatur, nulla bona, nullaque delicias admissuram se ait; & quod vires omnes; & insidiæ trium hostium animæ, mundi scilicet, dæmonis, & carnis eam retardare, aut impedire non poterunt in hoc itinere; dicens, *Querendo meos amores, hoc est, dilectum meum.*

Ibo

LIIIS
LIIIna
lica
VI

*Ibo per istos montes atque
ripas.*

Virtutes, appellat montes, tum propter illarum celsitudinem, tum etiam propter difficultates & labores, qui subeuntur ascendendo ad illas, per exercitium vitæ contemplatiuæ. Ripas verò nuncupat, humiliaciones, & mortificationes & sui contemptum, vitæ quoque actiuæ exercitijs incumbendo: siquidem ad virtutes acquirendas, vtraque est necessaria: quare tantundem est, ac dicere. *Quærendo dilectum meum virtutes heroicas opere exercebo, nec non ad infima, & abiecta quæque, per mortificationes, & humilitatem descendam, quod ideo ait, quia iter quærentis Deum, est bonum in Deo operari, & mala in se mortificare, subiecto modo.*

Neque colligam flores.

Quoniam ad inquirendum Deum, cor denudatum, ac forte requiritur, liberumque à cunctis malis, ac bonis, quæ nõ sunt pure Deum, nec ad illum conducunt; idcirco in hoc carmine, & sequentibus exprimit libertatem, ac fortitudinem, quam habere debet. Et quidem in præfenti ait, minime decerpatur se flores in hoc itinere obuios; quorum appellatione omnes delicias, ac voluptates occurrentes comprehendit; sunt autem in triplici differentia: temporales, sensibiles, & spirituales; porro quia tam hæ, quam illæ cor occupant, veroque itineri spirituali plurimum obstant. si immoretur, aut consistat in illis; propterea se flores istos minime lecturam, neq; cor illis applicuram pollicetur: itaque idem est ac dicere; nec diuitijs, neque bonis, quæ mundus offert cor apponam, neque carnis propriæ oblecta-

tionem, & voluptates admittam, neque immorabor, aut quoquo modo incedam cõsolationibus, & saporibus spiritus, ita vt vel minimum retarder à dilecto meo indagando, per mōtes & ripas virtutum, & laborum Hoc autem propterea dicit, vt sequatur in hoc itinere cõsiliam Davidis Proph. aientis. *Diuitia si affluant, nolite cor apponere*: hoc est, nolite affici erga illas, quod tam de voluptatibus sensibilibus, quam etiam de bonis temporalibus, & spiritualibus delitijs intelligit. Vbi animaduertendum est, quod non modo ne ad Deum impediunt delectamenta corporis, eique repugnant, verum etiam delectationes spiritus, si cor ad hæsiōnem cordis suscipiantur, virtutum itineri obstant; proinde proficere cupiens expedit flores istos non insequi: nec his contentus, forti animo sit oportet ad dicendum:

Neque feras timebo.

Et fortes & confinia pertransibo.

In quibus carminibus, tres animæ hostes proponit, mūdum scilicet, dæmonem & carnem, à quibus oppugnatur, neque difficile redditur. Ferarum nomine mundum, fortium dæmones, confinium verò, carnem subintelligit. Mundum feras appellat; animæ quippe Dei iter ingrediens, mundus in phantasia representari videtur, ad instar ferarum, minas terroreque instantium, tribus potissimum modis; primis deterreret eam, minaturque mundanæ auræ, fauorisque defectu, amissionem charorum, existimationis, eique familiaris iactura. Secunda quæ inaccusat, non minus atrox fera est, nimirum, quomodo ferre poterit, æternum valedicere voluptatibus, ac delitijs mundanis, omnibusque

Iter animæ quærens Deum est, bonum operari in Deo, & mala in se mortificare.

busque illius oblectamentis carere? Tertia denique quæ adhuc atrocior est fera, videlicet, quod maledicæ linguæ aduersus eam insurgentes, ludibrio sint habitura, & quod ab omnibus debeat vilipendi. Quæ omnia ita obijciuntur nonnullis animabus, vt non solum perseuerare aduersus huiusmodi feras, verum etiam incipere esse soleat difficillimum.

At vero, quibusdam alijs nobilioribus animabus altæ feræ intimiores, magisque spirituales, difficultatum, tentationum, tribulationum, laborumque multiplicium occurrunt, quæ Deus immittit, & permittit euenire illis, quos experiri vult, & probare tamquam aurum in fornace, iuxta dictum Proph. dicentis: *Multa tribulationes iustorum.* Cæterum amatrix anima, quæque dilectum suum rebus omnibus anteposit, sponsi sui amore, fauoreque suffulta, animose audebit cantare:

*Neque feras timebo
Et fortes & consinia pertransibo.*

Dæmões qui inter hostes animæ secundum locum obtinent fortes vocat; ipsenim violenter contendunt huius itineris aditum intercludere; tum etiam quia illorum astus, tentationesque fortiores sunt, & ad superandum duriores, quæque difficilius percipiuntur, quam quæ à mundo, & carne procedunt. Tum denique, quia auxilio amborum, mundi, videlicet, & carnis se firman, & muniunt; vt animam acerrime oppugnent; quapropter de illis loquens Proph. David, inquit: *Et fortes qui asperunt animam meam.* Quorum etiam virtutem & fortitudinem describit Iob, his verbis: *Non est super terram potestas, quæ cõparatur ei, qui factus est vt nullum timeret: hoc est, nulla humana potestas poterit conferri*

cum illo. Et ideo Dei duntaxat potentiam superare, solum Dei lumen stratagemata illius poterit discernere. Quamobrem anima illius vires absque oratione non poterit superare, neque fraudes, sine humilitate, ac mortificatione intelligere. Ideo enim D. Paulus admonendo fideles dixit: *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem.*

Sanguinis appellatione mundum, armaturæ vero Dei, orationem & Christi crucem subintelligens, in qua humilitas, & mortificatio prædicta continetur. Ait præterea anima, quod etiam consinia pertransibit: quibus carnis repugnantias, & rebelliones innatas aduersus spiritum designat, prout idem Apostolus ait. *Caro enim concupiscit aduersus spiritum: & quasi ex aduerso intrepida fronte consistit, spirituali itineri resistendo.* Hæc igitur consinia transilire debet anima, rumpendo quaslibet difficultates, omnesque sensuales appetentias, & propensiones innatas vigore, ac energia spiritus prosterneudo: quam diu. n. in anima residet, vsque adeo illis spiritus subiicitur. vt ad veram vitam, deliciasque spirituales migrare non possit. Per hoc tamem non excludimus vitam gratiæ, imo illam præsupponimus in eo, qui ad perfectionem mysticæ, ac spiritualis vitæ conscendere debet, quod optime expressit D. Paul. cum ait. *Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.*

Ait igitur anima in præsentis cantu, expedire sibi methodum hanc seruare ad inuestigandum dilectum suum, animi scilicet magnitudinem & constantiam habere, ne se ad flores colligendos inclinet; ac intrepidam esse, ne feras pertimescat; vires etiam ad fortes & consinia transilienda habere; id solummodo spectando, vt per montes ac ripas, modo iam exposito gradiatur.

Yy CANTVS

Anima
nequit
abiq; ora-
tionis de-
monis vi-
res infren-
gere.

Oratio. &
crux Christi
sunt arma-
tura Dei.

Gal. 5. 17.

Appetitus,
& natura-
les incli-
nationes
impediunt
veram a-
nima vitæ
& delicias.

Rom. 8. 13.

CANTVS QVARTVS.

CANCION IV.

O bosques y espesuras
Plantadas por la mano de mi amado.
O prado de verduras
De flores esmaltado
Decid si por vosotros ha pasado.

SENSVS.

O silua, ô densitates.
Plantata manu dilecti mei:
O semper vireus pratium,
Floribus decoratum:
Dicite an per vos transiit amans.

DECLARATIO.

POSTquam anima explicuit modum sese disponendi ad hoc iter aggrediendum, quæ in magnitudine animi consistit, qua contemnitur delicta, & voluptates, & in robore quo vincuntur tentationes, ac difficultates; in quo consistit exercitium cognitionis propriae, quod est primum, quod anima præstare debet, ut ad Dei cognitionem tendat; in præsentis cantu incipit, per creaturarum considerationem, & cognitionem, ad cognitionem amati sui, earum conditoris ascendere. Hæc namque rerum creaturarum meditatio, post cognitionem sui, prima est in hoc itinere spirituali ad cognoscendum Deum, considerando illius magnitudinem & excellentiam per illas; iuxta illud Apostoli dicentis. *Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Alloquitur itaque anima in præsentis cantu res creatas, easque de dilecto suo sciscitatur. Est autem notandum quod secundum D. Augustinum hæc animæ interrogatio, qua creaturas sciscitatur; est consideratio, quam in illis, de illarum creatore concipit. Vnde in hoc cantu continetur meditatio Elementorum, & cæterarum rerum sublunarium; Cælorum etiam, & aliarum creaturarum, rerumque materialium, quas Deus creauit in illis, comprehenditur etiam cælestium spirituum contemplatio, dum ait:

O silua, & densitates.

Elementa siluas appellat; hæc sunt, terra, aqua, aër, & ignis, quia ad instar amenissimarum silvarum, innumeris, crebrisque creaturis sunt referta, quas vocat densitates, ob innumerabilem illarum multitudinem, in vnoquoque elemento; in terra namque sunt innumera animantium species, & differentia; in aqua piscium; in aëre etiam

magna diuersitas volatiliùm. Ignis quoque elementum cum istis omnibus, ad eorum vitam, & conseruationem conducit; & sic qualibet species animalium in suo degit elemento, & in illo plantata, & collocata est, tamquam in silua, ac regione propria, vbi nascitur, ac nutritur. Et sane ita Deus, dum illa conderet, præcepit Terræ vt animalia produceret; Mari & aquis, vt pisces generarent; Aërem vero auium mansuetudinam.

ne efficit: ac proinde videns anima, quod sic ille mandauit; & quod sic factum est, protinus ait,

Plantat a manu dilecti mei.

Hæc est consideratio, quod has excellentias, & diuersitates creaturarum, dilecti solummodo manus condere potuit: ubi signanter dixit *manu dilecti*. Quamuis enim plura alia Angelorum manu efficiat: hoc tamen creationis opus nunquam aliena, sed manu propria semper exequitur. Et propterea res creatæ excitant vehementer animam ad amorem dilecti sui, dum propria illius manu conditas animaduertit.

O semper virens pratum.

Hæc est cæli meditatio, quod pratum viriditatum vocat; nam quæ in illo creata sunt, nec aliquando finem habent, nec temporis successu marcescunt, sed instar viriditatum herbescentium, quibus iusti recreantur & pascun-

tur, in suo esse immarcescibili iugiter perseverant; sub qua consideratione etiam stellarum cælestium, & planetarum omnium diuersitas comprehenditur. Hoc viriditatum nomen rebus cælestibus Ecclesia sancta imponit, quando pro animabus fidelium ad Deum preces effundens ait. *Constituatur te Christus Filius Dei vini intra Paradisi semper amona virentia*, addit præterea anima hoc viriditatum pratum, esse.

Floribus vermiculatum.

Per flores istos Angelicos spiritus, & sanctorum animas exprimit, quibus locus iste tam venuste ornatus, & decoratus existit, sicut vas auri pretiosum emblemate venusto, ac pretioso exornatur.

Dicite an per vos transiit.

Interrogatio hæc, est supradicta meditatio: & ita idem est ac si dicatur: dicite quas perfectiones, & excellentias in vobis creauit?

CANTVS QVINTVS.

CANCION V.

SENSVS.

Mille gratias derramando
Paso por estos solos con presura
Y vendolos mirando
Con sola su figura
Y estidos los dexo de su hermosura.

Mille gratias diffundendo
Transiit per hac nemora festine
Qua dum aspiciebat
Sua tantum figura
Ea vestita reliquit pulchritudine sua.

EXPLANATIO.

Respondent animæ, in hoc Cantu, res creatæ, quarum responsum, ut ait D. Aug. Est testimonium magnitudinis & perfectionis diuine, quod in se perhibent ipsi animæ, s. August.

quæ eas per considerationem sciscitatur. Vnde in hoc cantu summatim continetur quod

Y y 2

Deus

Deus O.M. facillime, citissimeque vniuersa creauit, & aliquid sui esse vestigium in illis impressum reliquit: non tantum illa ex nihilo producendo, verum etiam innumeris gratiarum donis, ac virtutibus eas ditando, & condecorando, miro ordine, & indeficiente ab inuicem dependentia; quod præstat sapientia sua, qua vniuersa creauit (Verbo scilicet vniogenito filio suo) ait igitur:

Mille gratias diffundendo.

Mille gratiarum nomine designatur innumerabilis multitudo creaturarum. Propterea enim millenarius numerus, qui supremus est, adducit, ut illarum multitudinem denotaret, quas gratias appellat, propter plurimas gratiarum dotes, quibus vnquamque locupletauit, easque diffundendo, hoc est, mundum vniuersum illis replendo;

Transiit per hæc nemora festinè.

Per nemora transire, est elementa creare, quibus nemoris nunc nomē imponit, ac per ea illū transisse ait, mille gratiarum dona spargendo; quia creaturis omnibus que gratiosæ sunt, ea decorabat. Mille insuper gratias diffundebat in eas, tribuendo virtutē, ad cooperandum illarum productioni & cōseruationi. Ait autē eum transisse; quoniam res creatæ sunt quasi vestigium gressus Dei, quo illius magnitudo, potentia, sapientia, & reliquæ virtutes diuinæ inuestigantur: Dicit etiam quod hic Dei transitus fuerit festinus, quia nimiarum creaturæ sunt minima Dei opera, quas veluti per transeuntem, obiterque effinxit. Opera enim maiora, & excellentiora, quæque maiori studio, maiori que potentia suæ manifestatione perfecit, sunt mysteria incarnationis, verbi, & fidei

*Res creatæ
vestigia
Dei.*

Christianæ, cum quibus, si reliqua opera conferantur, quasi festinanter, obiterque fuerant esse & a.

*Quæ dum aspiceret
Sua dumtaxat figura
Vestita reliquit pulchritudine sua,*

Iuxta Diu. Pauli dictum Dei filius est Splendor gloria & figura substantiæ eius. Sciendum igitur est, quod Deus Opt. Max. hæc sola filij sui figura res vniuersas aspexit: hoc est, naturale esse contulit, donaque & perfectiones naturales innumeras eis comunicauit, & absolutas, perfectasque effecit, prout dicitur in libro Genes. *Uiderit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona,* valde bona conspiceret. erat in Verbo filio suo valde bona facere. Nec solum Esse, & gratias naturales, intuēdo illis imperauit (vt diximus) sed etiam hæc sola figura filij sui, veste pulchritudinis exornauit, comunicando illis Esse supernaturale: quod tunc præstitit, cum homo factus ad Dei pulchritudinem, hominem sublimauit: atque adeo omnes res creatas in ipso, eo quod omnium naturis in assumpto homine sese coniunxerit. Propterea idem Dei filius ait: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Itaque in hac incarnationis exaltatione, & gloria resurrectionis filij sui secundum carnem, non solum Deus Pater creatas res ex parte decorauit; sed etiam dicere possumus, quod decore & honorificentia omnino induras reliquerit. Verum præter hæc omnia, loquendo nunc aliquid iuxta sensum, & affectum contemplationis, in viuida contemplatione, & cognitione creaturarum: clare, & aperte nimis animaduertit anima inesse illis tam copiosam gratiarum

rum, virtutum, & pulchritudinis abundantiam, quibus Deus illas locupletauit: vt non immerito omnes vestitas putet mirabili quadam pulchritudine naturali, ab infinita illa supernaturali pulchritudine diuinæ figuræ egressa, & communicata: cuius intuitus, læticia, & decore vestit mundum, & omnes cælos; quemadmodum etiam, aperiendo manum suam, vt

ait Proph. implet omne animal benedictione. *Aperis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione.* Ac propterea anima amore plagata ex hoc vestigio, quod in rebus creatis inuenit pulchritudinis dilecti sui, sollicita præ desiderio cernendi inuisibilem illam pulchritudinem, subiectum tantum pronuntiat.

Ps. 144. 16

CANTVS SEXTVS.

CANCION VI.

SENSVS.

*Ay quien podra sanarme
Ay de de entregarte ya de vero
No quieras embiar me.
De oymas mensajero
Que no saben de zirme lo que quiero.*

*Heu quis me sanare poterit
Age iam te totum tradas vere
Neque mittere velis
Posthac tuos nuncios
Qui essari nesciunt quod cupio.*

DECLARATIO.

Quoniam res creatæ, naturibus animæ indicant dilectum suum, pulchritudinis vestigium, atque excellentiæ illius in seipsis eidem ostendendo: idcirco amor erga illum adactus est, atque adeo dolor ex illius absentia creuit. Nam quo magis anima Deum cognoscit, eo etiam amplius appetitus eum cernendi augetur. Iam vero dum videt, nihil aliud superesse quod languori suo mederi possit, quam præsentia dilecti sui, & ipsius visio; aliunde sibi adfuturum remedium diffidens, præsentia illius omnimodam traditionem in præsentia cantu exposcit, inquiens: vt nolit deinceps, quibusuis alijs sui notitijs & communicationibus eam occupare, vtpote quæ desiderio, ac voluntati suæ minime satisfaciunt: cui nihil aliud satisfacit, quam ipsius præsentia & aspectus, & idcirco in consummato perfectoque amore, dignetur iam serio se ipsum tradere; ait itaque:

Quanto magis Deum anima cognoscit, tanto magis creuit desiderium eum clare cernendi in gloria.

Heu quis me poterit sanare. Age iam te totum tradas vere.

Vbi notandum est, quod anima, quæ vere amat, nequit esse contenta, & satisfacta, donec vere Deum possideat. Nam quæuis alia creatura, non modo animam non fatiant, sed potius (sicut diximus) adaugent famem, & appetitum videndi eum sicuti est; ac proinde quæuis visitatio notitiæ,

Yy 3

titia,

ritiæ, siue sensus; aut quæcunque communicatio, quam à dilecto recipit, quæ sunt velut nuntij denunciantes animæ notitiam Essentiæ illius; augent potius, & irritant appetitum: sicut panis micæ, dum famem acriter extimulat; & ideo acerbe ferens circa tam modicam occupari ait,

Age iam te totum tradas vere.

Nam quicquid cognosci potest de Deo in hac vita, quantumcumque illud sit, non est vera cognitio, id est, integra, & perfecta, utpote quæ sit cognitio ex parte, valdeque remota: at Deum essentialiter cognoscere, vera cognitio est, quam nunc anima requirit, istiusmodi alij communicationibus minime contenta. Ideo protinus ait,

*Neque mittere velis
Post hæc tuos nuntios*

Ac si clarius diceret: ne quæso velis, ut deinceps cognoscam te per internuncios, notitiarum, & sentimentorum, quæ de te recipio, quæque remota valde sunt, & dissidentanea his, quæ anima mea cupit de te. Nosti enim ô Sponse mi internuncios, animæ anhelanti ad præsentiam, potius augere dolorem. Tum quia adducta per eos notitiâ, plagam renouant: tum etiam quia videntur procrastinationes, aduentus tui. Eia igitur noli deinceps hæc remotas notitias mittere, nam etsi hæc tunc poteram illis esse contenta, eo quod modicam tui cognitionem & amo-

rem haberem, iam nunc amoris vehementia qua feror ad te, hisce mandatis tuis contenta esse non possum. Proinde agedum, te totum trade: ac si luculentius diceret: Domine sponse mi, hoc quod animæ meæ per partes largiris, age iam penitus dona, & quod veluti per timas indicas, iam nunc palam ostende: hoc denique quod per media confers, quæ videtur quasi communicatio quædam iocosa, serio iam temetipsum exhibendo præsta. Aliquando enim in tuis visitationibus, possessionis tuæ pretiosam margaritam conferre velle videris, at dum in te reflectitur anima, inanem se, & vacuum apprehendit, eo quod illam abscondas, quod est quasi iocose donare serio: igitur iam dedas te totum, toti anime meæ, ut ipsa rota, te totum habeat, nec in posterum tuos internuncios ad me mittas;

Qui effari nesciunt quod cupio.

Quasi diceret: Ego te totum volo, ipsi vero, nec sciunt, nec valent effari te totum; nulla enim res creata, siue terrestris, siue cælestis illa sit, potest conferre animæ notitiam, quam de te habere cupit; ac proinde nesciunt effari quod cupio. Horum ergo mandatorum vices subiens, ipsemet nuntius esto, & mandata.

☩

CANTVS SEPTIMVS.

CANCION VII.

SENSVS:

Todos quantos vagan
De ti me van mil gracias refiriendo
Todos mas me llagan
Y dexame muriendo
Vn no se que, que quedan balbuciendo.

Et omnes quot quot vacant
Mille de te gratias referunt
Et omnes me magis plagant,
Et me pene exanimem relinquit
Nescio quid, quod balbutiunt, nec dicunt.

DECLARATIO.

IN antecedenti cantu ostendit anima, se amore sponsi sui sauciam, & infirmam esse, ratione notitiæ illius, quam ab irrationabilibus creaturis accepit. In præfenti vero eodem amore se plagatam ostendit, ratione sublimioris cuiusdam notitiæ dilecti sui, quam accipit medijs rationalibus creaturis, quæ cæteris nobiliores sunt; Angelis, videlicet, & hominibus. Neque id solum; sed etiam ait, se præ amore deficere, ratione admirabilis cuiusdam immensitatis, quæ medijs hæc creaturis patescere incipit, nec omnino detegitur, quod hic (*Nescio quid*) appellat, eo quod ineffabile sit, cæterum huiusmodi est, ut animam præ magnitudine amoris faciat interire. Hinc inferre licet, quod in hoc commercio amoris, triplex languendi modus propter dilectum reperitur, iuxta triplicem notitiam, quæ de illo haberi potest. Primus vocatur, vulnus, quod remissius est, citiusque præterit, non secus ac vulneris ictus, quia oritur ex cognitione creaturarum, quæ sunt infima Dei opera. Huius etiam vulneris, quod & languorem vocamus, meminit Sponsa in Canticis dicens: *Adiuva vos Filia Hierusalem si inueneris dilectum meum, ut nuntietu ei, quia amore langueo.* Filiarum Hierusalem appellatione creaturas subindicans. Secundus languendi modus vocatur (*PLAGA*) quæ magis residet in anima, quam vulnus, ideoque diuturnior est; est enim instar vulneris in plagam conuersi quo, anima reuera se sentit amore plagatam. Porro plaga hæc fit in anima, mediante notitia operum incarnationis Verbi, & mysteriorum fidei, quæ cum sint maxima Dei opera, quæque vberiore in se ipsis includant amorem, quam opera rerum creaturarum: propterea maiorem etiam amoris effectum in anima efficiunt; adeo ut si primus amor est ad instar vulneris, hic secundus sit instar plagæ iam factæ, & permanentis: de qua sponsus in Canticis loquens ait. *Vulnerasti cor meum sicut soror mea sponsa, vulnerasti cor meum, in vno oculorum tuorum, & in vno crine collis tui.* Oculus namque hoc loco, fidem incarnationis sponsi designat, capillus vero eiusdem incarnationis denotat amorem. Tertius denique modus languendi præ amore, est ad instar mortis, quod est, quasi habere vulnus fistulosum, tota anima reddita fistulosa, quæ moriendo vivit, donec amore confossa, amoris vita donetur, transformata in amorem. Hæc autem amoris internecio, fit in anima medio quodam sublimissimæ notitiæ

*Triplicis
modus lan-
guendi pro-
pter amo-
re dilecti.*

*Vulnus a-
moris fit ex
cognitione
creatura-
rum.*

Can. 5. 8.

*Plagatur
anima per
notitiam
mysterij
incarna-
tionis.*

Canti. 4. 9.

1215
1440

va
ica

VI

Mors amo-
ri fit con-
tactu noti-
tia subli-
missima i-
psius Dei-
tatis.
Amor im-
patiens.
Gen. 30. 1.
Job 6. 9.

notitiæ Deitatis contractu, quod est illud (*Nescio quid*) quod in hoc cantu creatu-
ras balbutire ait: qui tactus nec assiduus, nec diuturnus est (secus enim a-
nima corporis vinculis dissolueretur) sed cito transit. Vnde præ magnitudine
amoris moritur: & amplius moritur, dum videt se nondum mori, morte amo-
ris. Hic appellatur amor impatiens, de quo agitur in libro Genesis, ubi scriptu-
ra testatur, tam intensum fuisse Rachelis desiderium liberos concipiendi, ut
dixerit Iacobo sponso suo. *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Et Propheta Job aie-
bat: *Quis mihi det, ut qui cepit, ipse me conterat:* hoc duplex, pœnæ amoris,
genus, plagæ nimirum, & mortis, ait in præsentem cantu inferri sibi à creaturis
rationalibus. Plagam in eo quod ait: *Mille dona gratiarum sibi referri de di-*
lecto suo in mysterijs fidei, Deique sapientia, qua imbuitur ab illis: Mortis
verò, in eo quod dicit, remanere balbutientes, quod est, sensus, & noti-
tia diuinitatis, quæ interdum in his qua de Deo alios recensentes audit, reuelatur,
ait igitur in hunc modum.

Et omnes quotquot vacāt.

CREATURAS rationales, prout diximus,
vacantium nomine hic intelligit, qui
sunt Angeli, & homines. Nam isti
tantum inter cætera creata Deo vacant,
intendentes in eum; id enim significat
verbum *vacant*. Itaque tantundem est,
ac si dicatur, omnes quotquot Deo va-
cant, quod alij in cælo illum contem-
plando, eoque fruendo, ut Angeli, alij
in terris eum amando, ac desiderando,
præstant, ut homines. Et quia per istas
creaturas rationales expressus Deum ani-
ma cognoscit, siue per considerationem
excellentiæ illarum supra omnes alias res
creatas, siue etiam propter illa, quæ nos
docent de Deo, illi quidem, nempe An-
geli, interius arcanis instinctibus: isti ve-
ro, id est, homines, exterius sacrarum scri-
pturarum veritatibus; ideo ait,

*Mille de te gratias refe-
runt.*

Hoc est: referunt res admirabiles de
gata, & misericordia tua, ostensa in opere
incarnationis, & fidei veritatibus, quæ

mihi de te referunt, & amplius referre
pergunt, siquidem, quo plura dicere vo-
luerint, eo plures de te gratias & excellen-
tias poterunt manifestare.

Et omnes me magis plagāt.

Quæcumque enim Angeli inspirant,
& homines me docent, ad te amandum
me magis alliciunt; atque adeo omnes me
magis plagant amore.

*Et me penè exanimem re-
linquit,*

*Nescio quid, quod balbuti-
unt, nec dicunt.*

Quasi diceret: verum præter hoc, quod
creaturæ istæ me plagant, mille gratias tu-
as referendo, illud *Nescio quid*: quod adhuc
dicendum restare censetur, & quædã res,
quæ adhuc in lucem proferenda cognos-
citur, & sublime quoddam Dei vestigium,
quod animæ detegitur, quodque adhuc
remanet inuestigandũ, & sublime quod-
dam Dei intelligere, omnino inestabile,
quod propterea *nescio quid* appellat, adeo
sublime est; quod si id quod capio, & in-
telligo me plagat & fauciat amore, hoc
quod

quod plane percipere nequeo, & magni aestimo, me penitus necat. Accidit hoc nonnūquam animabus iā prouectis: quibus, hoc Deus beneficium præstat, vt in his quæ audiunt, vident, aut intelligunt (& interdum etiam abque his omnibus) sublimem quandam largiatur notitiam, in qua Dei celsitudo, & magnitudo, animæ intelligenda, & sentienda exhibetur; in quo sensu, tam altè de diuina Mai. sentit, vt non obscure cognoscat totum adhuc intelligendum restare. Porro illud sentire, & intelligere, tam immensam esse diuinitatem, vt perfectò cognosci non possit, altissima quædam cognitio est. Vnde inter præcipua Dei magnalia, & beneficia, quæ Deus in hac vita confert animæ per modū transeuntis, illud recensendum est, quod euidenter cognoscat, & tam altè de Deo sentiat, vt luce clarius intelligat, non posse eum omnino cognosci, neque sentiri. Accidit enim in eum ferè modum, quo beati Deum vident in cælo, vbi qui amplius eum cognoscunt, clarius, distinctiusque intelligunt infinitum, quod de illo remanet intelligendum, quam illi, qui minus perfectè vident, quibus nõ ita distincte apparet, quod eis superest videndum, quam illis, qui perfectius eum vident. Hęc quæ dicta sunt, neminem plene perceptu-

rum existimo, qui non fuerit expertus; cæterum anima, quæ hoc experitur, cognoscens sibi adhuc superesse intelligendum illud, cuius altissimum habet sensum, nescio quid appellat: nam quemadmodum nõ intelligitur, ita neque verbis potest exprimi: tamen (vt dixi) sentiri potest ac percipi. Idcirco enim ait: *Balbutiunt*, quia perfectè explicare nesciūt, hoc enim significat balbutire, quod est infantium idioma, id est, hæsitare, & titubare in verbis, & explicare nescire, quod dicendum est. Circa alias res creatas cõtingunt etiam animæ illustrationes aliquæ, præfato modo (quamuis non semper ita sublimes) quotiescunque Deus dignatur ipsi aperire notitiam, & sensum spirituales in eis, quæ indiesse videntur de Deo magnalia, quæ plenè non explicant: non secus ac si vellent aliquid exprimere, quod tamen adhuc superest intelligendum: ac proinde est

Nescio quid, quod balbutiunt, nec dicunt.

Quapropter anima suam prosequitur querimoniam, vitamque animæ suæ alloquitur in sequenti Cantu, dicens:

CANTVS OCTAVVS.

CANCION VIII.

SENSVS.

*Mas como perseveras
O vida no viuendo donde viues
Y haziendo por que mueras
Las flechas que recibes
De lo que del amado ent concibes.*

*Sed quomodo perseveras
O vita, dum non viuis vbi viuis
Cum tibi necem inferant
Iacula qua recipis
Eorum, qua de dilecto in te concipis.*

Zz

DE-

1215
1111
va
ica
VI

Cum anima præ magnitudine amoris, videat se deficere, ut nuper aiebat, nec tamè penitus moriatur, quo amoris amplexibus perfrui non possit liberius, de vitæ corpore diuturnitate conqueritur, quæ in causa est, cur spiritualis vita differatur. Itaque animæ suæ vitam affatur, doloris sui acerbiter amplifians, in hunc modum. O vita animæ meæ, quomodo permanere vales in hac corporis vita, siquidem tibi mors est, & privatio veræ illius vitæ, in qua tu verius per amorem, & desiderium, quam in corpore vitam ducis? Maximè vero, quod ad necem tuam sufficiant vulnera, quæ recipis à contumeliosis amari, & vehementia amoris, quem accendunt ea, quæ de illo sentis, & cognoscis, quæ sunt vulnera amoris necem afferentia.

*Sed quomodo perseveras
O vita, dum non vivis, ubi
vivis.*

Ad cuius rei intelligentiam sciendum est, quod anima potius vivit in eo quod amat, quam in corpore quod animat; non enim in corpore habet vitæ suam, immo hanc corpori tribuit; ipsa vero vivit in eo quod amat. Attamen præter hanc vitam amoris, quo anima vivit in qualibet re dilecta, habet & vitam suam naturalem in Deo, iuxta illud D. Pauli. *In ipso enim vivimus, & movemur & sumus.* Iam vero cum anima videat se habere vitam naturalem in Deo, propter esse quod in illo habet, vitam etiam spiritualem, propter amorem quo eum complectitur; conqueritur quod adhuc in vita hac corporali detineatur, utpote quæ obstat, ne ibi vere vivat, ubi vere habet vitam suam per essentiam, & amorem (ut dictum est) ubi maxima est animæ exaggeratio, innuit enim in duo

bus versuculis, se à duobus sibi inimicè adversantibus impugnari; quod enim illis ait, idem est, ac dicere. Anima mea, quomodo in hoc statu permanere poteris, dum vivis non vivendo, ubi vere per amorem vitam ducis?

*Cum tibi necem inferant
Iacula quæ recipis.*

Quasi dilucidius diceret: ad hæc quæ dicta sunt, siquidè perstitis in corpore, ubi non habes veram vitam, quomodo nihilominus detineris in illo, cum soli tactus amoris, (id enim iacula designant) quos in corde tuo recipis, ab his quæ sentis & intelligis de dilecto, te necare sufficiant? Id enim exprimit cum ait.

*Eorum quæ de dilecto in te
concipis.*

Id est, pulchritudinis, magnitudinis, & sapientiæ, atque virtutum, quas de illo cognoscis.

CANTVS NONVS.

CANCION IX.

SENSVS.

*Porque pnes has llagado
A queste cor açon nole sanaste?
I pnes mele has robado
Porque así le dexaste
I no tomas el robo que robaste?*

*Cur quaso dum plagasti
Hoc cor, non etiam illud sanasti?
Et siquidem illud furatus es
Cur id sic reliquisti
Nec prædam accipis quam egisti?*

DILEVDATIO.

Iterum in hoc Cantu dilectum alloquitur, doloris sui iterum querelam. Amor siquidem impatiens, quo anima hic ardere se ostendit, nec requiritur dolo-

B
Joan
i or

Ope
myst
N

Act. 17. 28

Anima
vivit in
Deo vita
naturali
propter esse
naturale.
Vita vero
spirituali
propter a-
morem ex-
ga ipsum.

dolori suo. sed modis omnibus anxia desideria sua proponit, donec remediū inueniat. Quoniam vero se plagatam videt, ac solam, non habens alium medicum, aut medicamentum, præter dilectū, à quo sauciata est, ideo ait illi: quandoquidem cor illius plagaerit amoris sui notitia, cur etiam illud non sanauerit intuitu præsentia sua? & quandoquidem illud etiam deprædatus sit amore, quo ad se allexit, è potestate propria illud auferendo, cur sic illud reliquerit? nimirum è potestate propria erutū, (qui enim amat, cor suum ultra non possidet) nec cordi suo verè coniunxerit, accipiendo illud sibi per perfectam, & consummatam, transformationem amoris, inquit:

*Cur quæso dum plagasti
Hoc cor, non etiam illud
sanasti?*

Non cōqueritur ex eo, quod ipsam sauciauerit, amans enim quo magis est saucius, eo amplius est cōtentus; sed ideo potius expostulat, quod cū cordi vulnus inflixerit, non illud sanauerit perimēdo. Amoris quippe vulnera ita dulcia, atque suauia sunt, ut nisi vltq; ad internecionem faciēt, cordi satisfacere nequeant. Verūtamen tā illi suauia sunt hæc vulnera, ut tā diu illis sauciari cupiat, donec penitus occidatur; ac proinde ait. *Cur quæso dum plagasti, hoc cor, non etiam illud sanasti*: ac si luculentius diceret, cur siquidē illud vulnerasti, vltq; ad plagas amoris, non etiā illud amore perimēdo sanasti? Et quandoquidē languoris & plagæ amoris ipse sis origo, tu quoq; esto salutaris auctor, per necē amoris, sic enim cor absentia tuæ acerbo dolore trahitur, dulcissima præsentia tuæ gloria, & voluptate sanabitur, & statim subdit.

*Et siquidem illud furatus
es,*

Cur id sic reliquisti.

Furari nihil aliud est, quam possessionem alicuius rei à legitimo Domino auferre, furemque eiusdem possessionem vlturpare, hanc ergo querelam hic anima

proponit, inquit, quod cum cor suum deprædatus sit, è potestate & possessione sua extrahendo illud, cur illud ita deseruerit, nec in suam serio potestate redegerit, sibi illud assumendo, sicut prædo sublatū furtum secum accipit; quod fieret, è vita præsentia illum educendo, idcirco amans dicitur habere cor suum prædatum, & raptum, ab illo quem amat, quia nimirum habet illud extra se, in eo, quod amat: vnde nō habet illud sibi, sed rei amata. Hinc manifeste poterit anima discernere vtrum Deum diligat, nec ne; nam si eum diligit, non sibi, sed Deo dumtaxat cor habebit. Etenim quo illud amplius sibi retinet, eo minus Deo tradit; porro hoc indicio apparebit, vtrum cor omnino deprædatum sit, si nimirum sollicitè angitur amore dilecti, prout anima hic ostendit. Ratio huius est, quia cor humanum in pace & tranquillitate esse nequit, absque aliqua possessione, quod cum alicui rei per affectum adhæret, neque se ipsum, neq; aliud quidpiam possidet; vnde à molestia immune esse non potest, donec possideat id quod cupit: quamdiu enim id non possidet, est veluti vas vacuum & inane, plenitudinem suam expectans, & quasi esuriens appetens cibum, & quasi æger ingemiscens pro sanitate, ac denique instar illius, qui in aëre pendet, non habens fulcrum cui innitatur. In hunc modum sentit cor amantis; quod dum anima perceptibiliter experitur, ait,

Zz 2 Cur

1215
LCC

ra
ica
VI

Cur illud sic reliquisti,

Vacuum, scilicet esuriens, derelictum, sauciatum, amore etiam languens, & in aura suspensum.

Nec pradam accipis quam egisti.

Nimirum ut illud repleas, saties, comiteris, & perfecte sanes, donando ei sedem, ac requiem in te. Nequit amans non appetere stipendium, & solutionem amoris sui, cuius intuitu famulatur dilecto suo, secus enim non esset amor: quæ solutio siue stipendium non est aliud, nec anima (cum verus est amor) aliud appetere potest, quam amoris incrementum, usque ad perfectionem amoris: qui alio non reperatur, quam amore. Solutionem hanc, & stipendium amoris egregie expressit Proph. Iob dicens. *Sicut cervus desiderat umbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui; sic & ego habui menses vacuos & noctes laboriosas numeravi mihi. Si dormiero di-*

cam: quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus usque ad tentbras. Anima diuino æstuans amore exoptat complementum, & consummationem amoris, ut inibi completum habeat refrigerium, quemadmodum cervus æstivo calore fatigatus, ad umbræ refrigerium anhelat: & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui, ita anima finem operis sui, & consummationem expectat. Vbi notandum est, non dixisse Iobum, quod mercenarius præstolatur finem laboris sui, sed finem operis sui; quia opus anime amantis, est amare, cuius operis, amoris, nimirum, finem præstolatur, perfectionem scilicet, & complementum amoris Dei, quod usque dum adueniat, eo modo anima affecta est, sicut seipsum Proph. Iob depinxit, loco citato, menses dielque vacuos habentem, & noctes laboriosas. Ex quo patet, quomodo anima, quæ Deum adamat, aliud ambire, aut ab illo expectare non debet, quam amoris illius perfectionem.

CANTVS. DECIMVS.

CANCION. X.

SENSVS.

*Apaga mis en ojos
Pues que ninguno basta à desbaxellos,
Y veante mis ojos,
Pues eres lumbré dellos
Y solo para ti quiero tenellos.*

*Extingue meas molestias
Quas nemo alius mitigare sufficit
Et te videant oculi mei
Cum sis eorum lumen
Quos pro te solum habere cupio.*

DECLARATIO.

Pregit anima in præsentis Cantu, obsecrans dilectum ut angoribus, & molestiis suis terminum imponere iam dignetur, cum nemo alius id præstare sufficiat, ita tamen, ut anime suæ oculi eum videre possint, quandoquidem solus ipse sit lumen, in quod intendunt; nec in aliam rem eos impendere cupiat, quam in ipsum, sic inquitens: *Ex.*

Extingue meas molestias.

Proprium est concupiscentiæ amoris, quod quidquid non quadrat, aut conuenit, cum re à voluntate amata, eam defatiget, distruciet, molester, ac morosam reddat, dum vota, & desideria sua impleri non videt. Quæ omnia, nec non anxietates, & solitudinem videndi Deum, molestias appellat, quas nulla res alia mitigare sufficit, quam ipsius amari possessio. Propterea ait, vt sua ipse præsentia eas extinguat, ac refrigeret omnes, sicut potus aquæ frigidæ calore defatigatum refrigerat. Ideo enim hoc loco verbum *Extinguere*, vsurpat, vt indicet, se amoris igne cruciari.

Quas nemo alius mitigare sufficit.

Vt anima maiori efficacitate moueat, suadeatque dilecto, vt votis, ac precibus suis annuat, dicit: quod siquidem præter ipsum nemo sufficit indigentia suæ satisfacere, suas molestias extinguat. Vbi notandum est, quod tunc Deus O. M. præsto est, vt succurrat, & soletur, ac medeat, tur animæ indigentis, cum illa nec ambit, nec habet alia solatia extra ipsum. Quapropter anima quæ extra Deum nulla in se oblectatur, non diu manere potest absque amicabile dilecti sui visitatione.

Et te videant oculi mei.

Hoc est videam te facie ad faciem, oculis animæ meæ.

Cum sis eorum lumen.

Præterquam quod Deus est supernaturale lumen oculorum animæ, sine quo versatur in tenebris, nunc etiam ex affectu cordis lumen oculorum suorum eum nominat, amatoris instar, qui in significationem amoris, eum quem amat, oculorum suorum lumen appellare solet. Itaq; idem est ac si diceret, quandoquidem oculis meis aliud non affulget lumen, neque per naturam, neque per amorem; propterea *Videant te oculi mei*, quandoquidem modis omnibus eorum lumen exiit.

Quos pro te solum habere cupio.

In superiori versu significauit anima, quemadmodum oculi sui versarentur in tenebris, non videndo dilectum, cum ipse solus sit eorum lumen, sic eum inducendo vt hoc lumen gloriæ sibi largiatur, in præsentem vero amplius eum devincire volens, ait: in nullos alios vsus velle se illos habere, quam ad ipsum videndum. Nam sicut merito hoc diuino lumine orbat anima, quæ voluntatis suæ oculos, circa aliud lumen proprietatis, seu adhæisionis rei aliquid extra Deum apponere voluerit, vt pote quæ ponit obicem, ne illud recipiat; ita etiam congruenter sibi dari meretur anima, prædictos oculos suos erga extranea quæque occulens, vt illos solum aperiat Deo suo.

CANTVS VNDECIMVS.

CANCION XI.

SENSVS.

Descubre tu presencia
Y mateme tu vista y hermosura:
Mira que la dolencia
De amor no bien se cura
Sino con la presencia y la figura.

Revela tuam præsentiam
Et visio, & pulchritudo tua me occidant,
Vide quod agitur
Amoris, non bene sanatur
Nisi per præsentiam & figuram.

Z z 3

DILV.

mis
ucera
ica

V

CVpiens igitur anima ab hoc immenso Deo omnino possideri, cuius amore se deprædatâ, & cor plagatû sentit, idq; impatienti ferens animo donec fiat, signanter postulat in hoc Cantu, eius sibi pulchritudinem reuelari & ostendi: Essentiam scilicet diuinam, cuius visione vitam auferat, carnis vinculis dissolutis. siquidem dum adhuc detinetur in illa, eum videre, eoque frui nequit, vt habet in votis: quod vt obtineat, cordis sui languorem & anxietatem, quam ob amorē illius perseveranter sustinet, proponit, cui aliter mederi nequit, quam per diuina illius essentia beatam visionem; sequitur Versus.

Revela tuam præsentiam.

*Triplex
Dei præ
sentia in
anima.*

Pro explicatione huius rei, scire operæ pretium est, triplicem Dei præsentia posse esse in anima. Prima est essentialis, quo pacto non tantum est in animabus iustis, ac sanctis, verum etiam in peccatoribus, tum etiam in alijs omnibus rebus creatis; per hanc siquidem præsentiam, esse eis largitur, & vitam, qua deficiente omnes redigerentur in nihilum. Itaque hæc essentialis præsentia iugiter perseverat in anima. Secunda præsentia est spiritualis per gratia, qua mediante inhabitat, sibi complacet, & delectatur in illa. Quæ tamen præsentia non est cõmunis omnibus animabus; nã quæ in letale peccatum labuntur, eam amittunt; neq; anima naturaliter scire potest, vtum illam habeat. Tertia denique præsentia est per affectum spirituale. Pluribus deuotis animabus solet Deus nonnullas spirituales sui præsentias conferre varijs modis, quibus eas recreat, delectat atque lætificat. Cæterum tam istæ præsentia spirituales, quam omnes aliæ occultæ sunt; non enim in eis sese manifestat Deus sicut est, cum hoc minime ferat huius vite conditio. Quapropter de quavis earum versus supradictus intelligi potest: nimirum

Revela tuam præsentiam.

Quoniam vero compertum est, Deum

faltem primo modo semper esse animæ præsentē, propterea non dicit anima vt ei præsens fiat: sed quod præsentiam istam latentem, qua illi præsens est, siue sit spiritualis, siue naturalis, siue affectiua, reuelari iam, & aperiri; ita tamen vt in *Essē*, ac decore suo eum tenere possit: vt quem admodum per suum *Essē* præsens, dat animæ esse naturale, & per præsentiam gratuitam eam perficit: ita etiam gloriæ suæ manifestatione eam glorificet. Iam vero quia huiusmodi anima diuini amoris affectibus, & ardoribus stimularur, scire nos oportet, quod illa præsentia, quam hoc loco à dilecto expetit, potissimè intelligatur, de præsentia quadam affectiua, alias animæ exhibitâ, quæ tam sublimis erat, vt immensum ibi bonum latere sentiret, & cuius fonte subobscurus quosdã pulchritudinis suæ radios illi Deus communicauit, imo talem etiã effectum in anima efficit, vt quod inibi latere sentit, id eam faciat concupiscere, & præ illius desiderio deficere: quod sane non dissonat ab illo Proph. sensu aientis. *Concupiscis, & deficit anima mea in atria Domini.* Deficit enim tunc temporis anima, de si derans in altum prouehi, illius summi boni, quod ibi præsens, & contentum est; nam licet ita contentum sit, & obuelatum, sentit nihilominus valde notabiliter bonum, & iucunditatem ibi existentem. Et ideo vehementius attrahitur, & rapitur anima ab hoc

summo bono, quam quæuis res naturalis trahitur à suo centro, cuius cupiditate, & cordiali appetitu stimulata, seipsam vltro continere non valens anima, ait:

Reuela tuam presentiam.

Idem accidit Moyli in monte Sinai, vbi stans coram Deo, altitudinis, & decoris diuini numinis obuelati, tam reconditos, & profundos radios percepit, vt id sustinere non valens, semel iterumque Deum precaretur, vt gloriam suam sibi ostenderet, dicens. *Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos.* Ais Domine quod me ex nomine noueris, & quod in conspectu tuo inueni gratiam: si ergo coram te gratiam inueni, age iam faciem tuam ostende, vt sciam, & cognoscam te, & inueniam ante oculos tuos optatam, & cõpletam gratiam; quod est, ad perfectum gloriæ Dei amorem peruenire. Veruntamen respondit ei Dominus. *Non poteris videre faciem meam, non enim videt me homo & uiuet.* Ac si luculentius diceret: rem difficilem postulas ô Moyses; tantas enim est decor faciei meæ, tanta visionis voluptas, vt anima tua, in istius tam imbecillis vitæ statu adhuc constituta eam sustinere non possit. Vnde anima huius veritatis conscia, siue ex Dei responso ad Moysen, siue etiam ex eo quod hoc loco in Dei presentia obuelatum sentite eam diximus, sciens, inquam, quod in huius vitæ statu cum videre non poterit in decore suo; siquidem vti diximus, solum conspiciendo illius pellucentes radios, deficit: idcirco anteuertit responsum, quod saltem, sicut & Moyli hoc donum sibi conferatur, ait igitur.

Et visio, & pulchritudo tua me occidant.

Quod idem est ac dicere; quandoquidem *Essentia*, & decoris tui tanta est voluptas, vt anima eam sustinere nequeat, sed ipsa visa è corpore sit migratura, idcirco

Visio, & pulchritudo tua me occidant.

Notum est duos esse aspectus, qui hominem interficiunt, quod vim, & efficaciam visionis ferre non possit. Alter est Basilisci, de cuius aspectu dicitur, quod hominẽ continuo interficiat. Alter verò est Dei visio, attamen longe diuersa vtriusque sunt causa, alter enim aspectus videlicet Basilisci, interficit hominem ob maximam veneni malitiam: at visio Dei hominem vita priuat, salutem, & immensum bonum gloriæ conferendo. Quapropter mirum non est, si hoc loco anima ante conspectum Dei pulchritudinis cupiat interire, quò illa perfruatur æternum. Si enim anima vel minimum olfaceret, vel quoquo modo prænosceret decorem Dei, non semel tantum mortem opteretur, vt eum in sempiternum videret, prout nunc desiderat; sed mille, licet acerbissimas mortes læta subiret, quo saltem per temporis instans illum cernere posset.

Pro pleniori elucidatione huius versus, sciendum est, animam hic loqui sub conditione, cum optat, vt pulchritudinis illius aspectus eam occidat; ex suppositione, nimirum, quod nisi moriatur, eam videre non possit; secus enim ab illo necari non postuleret, siquidem optare mortem imperfectio naturalis est. supposito tamen quòd vita hæc corruptibilis simul stare nequeat, cum immarcescibili vita Dei, propterea ait.

Visio,

*Duplex
aspectus
hominem
interimit.
Basilisci,
& visio
Dei.*

*nis
lice*

*va
ica
VI*

*Visio & pulchritudo tua
me occidant.*

2. Cor. 5. 4 Hanc eandem doctrinam tradidit Apost. ad Corinthios scribens. Nolumus, inquit, expoliari, sed superuestiri, ut absorbeat, quod mortale est à vita. id est, non cupimus expoliari carne, sed superuestiri gloria; portio videns quod in carne non posset viuere vita gloriæ, ait ad Phil. se cupere

Phil. 1. 23. dissolui, & esse cum Christo. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Verum suboritur hoc loco dubiū, cur scilicet filij Israel, antiquitas recufabant, metuebantque videre Deum, ne morentur, quem

Iudic. 13. 22. admouens Manue dixit vxori suæ: Morte moriemur, quia vidimus Deum. cur tamē hæc anima ante conspectum Dei cupiat dissolui? Cui dubitationi respondeo: olim PP. duplici de causa metuiffe mortē. Imprimis quia illis sæculis, tameris in gratia constituti decederent, Deum non erant visuri, vsque dum Christus veniret: præstabat autem in carne viuere merita cumulando, vitæque naturali fruendo, quam in limbo absque vilo merito manere, tenebris offusos, Deoque spiritualiter absentes; quapropter tunc maximi beneficii loco habebatur ab illis, vita longæua. Secūda causa est, ex parte amoris, cum enim non adeo essent fortes, & in amore corroborati, neque ita Deo per amorem propinqui, idcirco illum videre formidabant. Iam vero sub lege gratiæ, quando defuncto corpore, potest anima confestim Deū videre, salubrius est vitam breuem, & mortem ipsam optare ad eum clare videndum. Et licet hoc non esset, dum hæc anima amore in Deum fertur, coram illo mori non trepidaret: verus siquidem, amor quidquid à dilecti sui manu venit, siue prosperum, siue aduersum sit, etiam supplicia, si ipsi ita visum fuerit, eadem

suscipit æquanimitate, patiterque delectatur in illis. Nam vt D. Ioan. ait. *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas firmat timorem.* Nequit esse amara mors, animæ amanti, quandoquidem inibi reperit omnes delicias, & suauitates amoris; nequit illius memoria adferre tristitiam, quoniam in illa reperit suum gaudium ac lætitiā; nequit tandem molesta esse & grauis, cum in illa inueniat molestiarum, pœnarumque suarum finem, & totius boni exordium: chara illi est, & quasi sponsa, cuius recordatione exultat, sicut in die desponsationis, & nuptiarum suarum diem; horamque adfuturæ mortis sue præstolatur ardentius, quam Reges, ac Principes terræ ad Regna, & Principatus suos anhelant. De huiusmodi namque morte inquit Sapiens. *O mors, bonum est iudicium tuum, homini indigenti, quæ si bona est homini indigenti rebus huius sæculi, cum inopiam illius supplere non debeat, imo potius illis omnibus, quas possidebat, eum spoliare, quanto melius erit illius iudicium animæ indigenti amore, qualis est ista, quæ clamare non cessat pro incremento amoris; siquidem non solum eam non denudabit amore, quem iam habebat, sed etiam concupiti amoris complementum, & omnium indigentiarum suarum erit satisfactio. Iure ergo anima intrepide dicere audeat. *Visio & pulchritudo tua me occidant.* Non enim ignorat, quod eodem, quo eam conspiceretur momento, ad eandem pulchritudinem raperetur, & transformaretur in ipsam, essetque instar pulchritudinis pulchra, & tanquam pulchritudo ipsa, abundans, & opulenta. Propterea enim ait Dauid, pretiosam esse iustorum mortem coram Deo. *Pretiosa in conspectu Domini mors SS. eius, quæ utiq; pretiosior sanō foret, nisi magnalium, & perfectior, nū ipsius essent participes.* Nihil enim in con-*

conspetu Dei pretiosum præter id, quod ille in se ipso est; ideo anima quæ vere amat, mori non vereatur, immo desiderat. Peccator vero semper formidat: suspicatur enim mortem bona omnia erepturâ, & mala cuncta allaturam: nam vt, ait *1. Cor. 15. 22.* idem Proph. David: *Mors peccatorum pestis.* Et propterea dicit Sapiens. *O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis:* dum enim huius sæculi vitam immo dice diligunt, modiceque futuram: ideocirco mortem nimium perhorrescunt. Cæterum anima, quæ Deum amat, in futura potius, quam in præsentia vita viuit: quippe quæ magis viuit vbi amat, quam vbi animat; vnde & vitam hanc temporalem paruipendit; ideocirco ait: *Viso & pal. britudo tua me occidant.*

*Vide quoniam ægritudo
Amoris, non bene sanatur
Nisi per præsentiam & fi-
guram.*

Ratio ob quam ægritudo amoris alia curatione non sanatur, quam dilecti præsentia & figura, sicut hoc loco ait, ea est; quia cum amoris infirmitas à cæteris ægritudinibus differat, oportet vt etiam illius curatio à cæteris curationibus dissentiat; in reliquis quippe morbis, si secundum sanam Philosophiam procedatur, contraria contrarijs curantur: amor vero alio non curatur, quam rebus consonis amori. Cuius potissima ratio est, quia salus animæ est amor Dei, ac proinde cum non habet cõpletum amorem, nec completâ salutem habebit, ideoq; infirmatur, cū infirmitas aliud non sit, quâ defectus sanitatis. Itaque quando anima nullam habet gradum amoris Dei, mortua est; cum autem aliquem gradum amoris habet, licet mi-

nimum, vita viuit, est ramen valde debilis & infirma, propter exiguum, quem habet amorem: at quo plus amoris accedit, eo amplius sanitatis habebit. cumque perfectum amorem habuerit, illius quoque salus completa erit. Vbi scire oportet, quod amor ad suam perfectionem non pertingit, vsque dum amici ita cõquantur inter se, vt ad inuicem transformentur; & tunc amor est totus sanus. Quoniam vero hic anima veluti prima quædam amoris delineamenta experitur, in quibus consistit hæc infirmitas, de qua loquitur: cupiens conformari figuræ cuiusæq; delineatio, Sponso scilicet suo, Verbo filio Dei, qui, vt Apost. ait: *Est splendor gloria & figura substantia eius* (hæc namque figura est, quam hic anima intendit, & in quam transformari desiderat) propterea ait,

*Vide quoniam ægritudo
Amoris non bene sanatur
Nisi per præsentiam & fi-
guram.*

Non incongrue vocatur ægritudo, amor imperfectus; nam quemadmodum ægrotus debilis est ad laborandum, ita anima in Dei amore languida, & debilis est ad virtutes heroicas exercendas. potest & alio modo intelligi, quod qui ægritudinem amoris sentit in se, hoc est, amoris defectum, signum habet alicuius amoris; nam ex eo amore quem habet, in eius quem non habet, deuenit cognitionem: qui autem hunc defectum non sentit, nullum se amorem habere indicat, vel certè quod sit in amore perfectus.

ANNOTATIO PRO CANTV sequenti.

Hoc tempore sentiens anima vehemens desiderium tendendi ad Deum, non secus
Aaa ac

nis
uce

val
ica
VI

ac lapis, quo magis appropinquat ad suū centrum: sentiens præterea, se esse ad instar cere impressionem sigilli primum recipientis, quod tamen perfecte non imprimitur; cognoscens insuper, quod sit tamquam levis imaginis adumbratio, absolutam suam formam, & perfectionem à pictore clamando requirantis; denique quod adeo illustratam fidem habeat,

vt celsitudinis Dei sui diuinos quosdam vultus valde lucidos eam discernere faciat; quid agat aliud ignorat, quam ad eandem fidem se conuerrere, vt pote quæ amati sui figuram, & decorem in se claudit, & contigit. à qua etiam recipit ea, quæ diximus pignora, & rudimenta amoris. Vnde eam alloquens cantum sequentem pronuntiat.

CANTVS DVODECIMVS

CANCION XII.

SENSVS.

O, Christalina fuente
Si en essos tus semblantes plateados
Formasses de repente
Los ojos descados
Que tengo en mis entrannas debuxados.

O crystalline fons
Si in tuis hisce valibus argentatis
Repente formares
Oculos desideratos
Quos habeo in visceribus adumbratos.

ELUCIDATIO.

Non est aliud medium ad vniõnem cum Deo, quã fides. Osee 2. 20.

Quoniam anima vehementi desiderio expetit vniõnem sponsi, nullumque ad hoc remedium, seu medium in cunctis rebus creatis inueniri animaduertit, ad fidem eam alloquutura conuertitur, tanquam ad eam, quæ dilecti sui clariorem lucem sitalatura; in quem finem eam vt medium assumit. Nam reuera non est aliud, quod ad vram cum Deo vniõnem conducatur; quemadmodum per Oseam Proph. sponsus significat dicens: *Sponsus abo te mihi in fide.* Eam itaque ingenti desiderio sic alloquitur. O fides Christi sponsi mei: vnam veritates dilecti mei, à te cum obscuritate, ac tenebris, animæ meæ infusas, clare iam manifestares! ita vt quod in fide contines notitias nimirum informes ostenderes, & palam faceres, perfecteque ab illis discreta; repente eam fortiter, & perfecte commutares in manifestationem gloriæ. ait igitur:

O Crystalline fons.

Crystallinam appellat fidem ex duplici capite. Imprimis quia est Christi sponsi sui. Secundo: quia habet proprietates crytalli, in eo quod est pura, & fortis in veritatibus, clara item, ac nitida ab erroribus, formisque naturalibus. Porro fon-

tem nuncupat, quia ab illa præsertim cum viua est, promanant in animam aquæ omnium bonorum spiritualium. Hinc Christus Dominus cum muliere Samaritana loquendo, fidem fontem nuncupauit dicens: quod in eis qui in se crederent fieret *Fons aquæ salienti in vitam æternam;* quæ aqua erat spiritus, quem accepturi erant credentes in eum.

B. Juan a Cr.

Ope myst

N. 12

Sintuis hisce vultibus argentatis.

Propositiones, & articulos, quos fides nobis credendos proponit, vultus argentatos nominat. Ad enius euidentiam tum etiam aliorum versuum, Nota: Quod fides comparatur argento, in propositionibus, quas docet: sed veritates & substantia, quam continet, assimilantur auro: eandem quippe substantiam, quam nunc argento fidei vestitam, & contentam credimus, palam in futura vita conspici sumus, eaque fruituri, auro iam a fidei velamine denudato. Hinc Dauid de illa loquens, sic ait: *Si dormitis inter medias cleris penna columba deargentata, & posteriora dorsus eius in pallore auri.* Id est, si mentis oculos clauserimus, tam circa superiora, quam etiam circa quæuis inferiora (quod vocat dormire in medio) in sola fide manebimus (quam columbam appellat, cuius pennæ, veritates nimirum, quas docet, de argentatæ erunt) quia fides in hac vita obscuras, & obumbratas proponit; idcirco enim vultus deargentatos vocat. At cum euacuabitur fides, tunc scilicet, cum consummabitur per claram Dei visionem, fidei substantia, hoc est, veritates quas tradit, denudato argenti velamine, fiet auri pallori persimilis. Fides itaque Deum ipsum nobis dat, & communicat, velatum tamen argento fidei; neque propterea non dat nobis verè ipsum Deum: quemadmodum, qui alicui donat vas aureum argento tectum, non ideo, quod argento contentum sit, aureum vas non dat. Vnde quando Sponsa in Canticis, hanc Dei possessionem optabat, qualis in hac vita haberi potest, eam se daturum pollicitus, dixit: *Murmuras aureas facimus tibi vermiculatas argento, quibus*

verbis sub velamine fidei sese illi communicaturum promisit; ait ita: *ne nunc anima ad fidem: veinam in istis vultibus tuis deargentatis (qui sunt præfati articuli) quibus diuinorum radiorum aurum regis, qui sunt oculi optati, quos proinus addidicis,*

Repente formares Oculos desideratos.

Radij veritatesque diuinæ, oculorum nomine exprimuntur, vti diximus, quas fides nobis proponit in suis articulis informes, & obuelatas, prout etiam tradidimus, vnde idem est ac si diceret: *utinam veritates istas, quas informiter & obscure, in fidei tuæ articulis latentes me doces, clare iam formatas & detectas in illis præberes, sicut exigit meum desiderium.* Porro veritates istas, oculos appellat, propter singularem, quam percipit amari præsentiam, qua anima iugiter à dilecto respici arbitrat. Proinde ait,

Quos habeo in visceribus adumbratos.

In visceribus inquit, se habere illas delineatas, nempe in anima sua, secundum intellectum, & voluntatem; nam secundum intellectum habet hæc veritates per fidem infusas in anima. Et quia illarum notitia perfecta non est, propterea dicit esse adumbratas; nam quemadmodum delienatio non est pictura perfecta, ita fidei notitia non est perfecta cognitio; idcirco veritates, quæ animæ infunduntur per fidem, sunt veluti quædam imaginis delineamenta; at in clara Dei visione erunt in anima, instar imaginis iam perfectæ & consummatæ, iuxta illud Apost. *1. Cor. 13. Cum autem venerit quod perfectum est*

nis
cera
ica

VI

1. Cor. 13.

*euacuabitur, quod ex parte est: videlicet cognitio per fidem: Verum præter hanc fidei adumbrationem, residet in anima amantis, alia delineatio amoris, secundum voluntatem, in qua ita efficaciter adumbratur figura dilecti, & tam proximè, & ad viuam, vt dici solet, illum exprimit, quãdã amoris vnio intercedit: vt verum sit dicere, amatum viuere in amante, & vicissim amantem in amato; immo talem similitudinem facit amor, in transformatione se inuicem amantium, vt verè pronuntiari possit, quemlibet esse alterum, & ambo vnum. Cuius rei ratio est, quia in vnione, & transformatione amoris, alter transfert in alterum possessionem, & dominium sui, & vnusquisque se relinquit, dat, & permutat pro alio: & sic quis vnus ipsorum viuat in altero, & vnusquisque est alter, & ambo vnum sunt per transformationem amoris, quod exprimere voluit D. Paulus cum dixit: *Viuo autem iam non ego, viuo vero in me Christus*; nam dum ait, *viuo ego iam non ego*, significauit, quod etiam si ipse viueret, non tamen vita sua, siquidem tam erat transformatus in Christum, vt vita sua diuina potius esset quam humana; & propterea ait, non se, sed Christum in se viuere. Possimus itaque dicere, quod secundum hanc transformationis assimilationem, vita eius, & vita Christi, eadem prorsus vita erat, per vnionem a-*

moris: quod perfecte adimplebitur in celesti gloria, in vita diuina, in his omnibus, qui se ipsos in Deo videre digni erunt. Nã in Deum transformati viuunt vita Dei, non sua; immo etiam vita sua, siquidem vita Dei vita ipsorum erit. Tunc autem vere cantabunt, viuimus nos, sed non nos, viuunt enim in nobis Deus: quod licet in præsentia vita possit fieri, prout in Apost. Paulo factum est, non tamen omnino perfecte, & absolute, etiam si anima eam amoris transformatione assequatur, quæ sit matrimonium spirituale, qui est status excellentissimus omnium, qui in hac vita obtineri possunt. Quidquid enim in hac vita accidit, non nisi amoris adumbratio dici potest, si eum illa perfecta imagine gloriosæ transformationis cõferatur. Ceterum cum anima in hac vita hanc amoris transformationem adipiscitur, maxima felicitas est: etenim summopere ex eo lætatur dilectus. ideo enim cupiens in anima sponsæ tamquam amoris delineatio collocari, dixit in libro Canticorum, *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*; Cor animam designat, in qua iuxta superius dicta, sponsus habitat in hac vita, veluti adumbratum fidei signaculum: Brachium vero signat voluntatem fortem, in qua (vt nuper dicebamus) residet tanquam delineatio amoris.

Gal. 2.20.

Cant. 1.

CANTVS DECIMVSTERTIVS.

CANCION XIII.

SENSVS.

*Apartalos amado
Que voy de buelo + Bueluete paloma;
Que el ciervo vulnerado,
Y or el otro a fama:
El ayre de su buelo fresco toma...*

*Auerte eos dilecte
Quia auolo, Reuertere columba,
Nam ceruus vulneratus
Per collis summitatem apparet,
Et eius volatus aurare frigeratur.*

EXPLI.

EXPLICATIO.

Inter accensa desideria, ardoreque amoris, quos in præcedentibus Canticis ostendit anima, solet dilectus sublimiter, suaviter, amanterque, & ingenti cum amoris vi, inuisere sponfam suam; plerumque enim prout ingentes fuere ardores, & anxietates amoris, quæ præcesserunt in anima, magna quoque esse solent beneficia, & visitationes, quas recipit à Deo: iam verò quoniam anima tam sollicitis desiderijs concupiscerat diuinos hosce oculos, quos nuper in præcedenti cantu commemorauit: nonnullos magnitudinis, & diuinitatis suæ radios ei amatus detexit, prout ipsa cupiebat, qui ad eo sublimes fuerunt, tantaque violentia communicati, vt eam cælesti impulsu à sensibus amoueri per raptum, & extasim compulerint: qui raptus initio accidit; non abique magno dispendio, & horrore naturæ: quare cum illius excessum in subiecto tam imbecilli ferre non possit, ait in præsentī Cantu.

Auerte eos dilectæ.

Oculos nimirum tuos diuinos, quia me auolare cogunt, deserendo corpus per sanctam in cōtemplationem, supra naturæ vires. Hoc ideo dicit, quia iam putabat animam suam è corpore auolare, prope habebat in votis; idcirco obtestata est, vt auerteret eos, nimirum desinendo illos in corpore communicare sibi, cuius pondere prægrauata, nec sustinere eos, neque frui illis potest sicuti vellet: sed potius in volatu suo extra corpus, eos sibi conferre velit; cuius desiderium, volatumque è refugio impediuit sponfus dicens,

Reuertere columba.

Communicatio enim, quam nunc à me recipis, nondum spectat ad statum gloriosum, quem expetis; verum amē ad me cōuertere, quem amore plagata quaris, nam & ego cerui instar tui amore vulnerari me ipsum tibi, per altam cōtemplationem tuam, manifestare incipio, atque ex amore cōtemplationis tuæ recreationem, ac refrigerium capio; ait itaque anima sponso.

Auerte eos dilectæ.

Iuxta ea qua dicta sunt, anima pro immensis suis desiderijs, quibus ferebatur in

oculos istos diuinos, qui diuinitatem designant, talem interius notitiam, communicationemque accepit, vt dicere compulsa sit,

Auerte eos dilectæ.

Adeo quippe miserabilis est natura nostra, dum adhuc viuimus, vt id, quod animæ maior vita est, quodque ipsa tantopere concupiscit (communicatio videlicet, notitiaque dilecti) cum datur, fere recipere nequeat, abique dispendio vitæ: ita vt oculi, quos per tot vias, tam solcite, anxieque inuestigabat, dum illos recipit, in hæc verba prorumpat,

Auerte eos dilectæ.

Etenim aliquando tam durum est tormentum, quod sentit anima in hisce raptibus, vt nullum aliud ita ossa disiungat, & coangustet naturā, in tantum, vt nisi Deus animæ prospiceret, vita finiretur. Et in rei veritate ita putat anima, quæ ista experitur; sentit enim quasi separari animam à carne, corpusque deserere. Cuius ratio est, quia huiusmodi beneficia, nequeunt plane recipi in corpore, eo quod spiritus eleuetur ad cōmunicandum cum spiritu diuino, ad animam veniente; & sic necessario debet ex parte destituere

nis
recera
ica
VI

carne, atque adeo caropati, & consequenter anima in carne, propter vtriusque unitatem in vno supposito; ac proinde immane tormentum quod sustinet anima tempore huius diuinæ visitationis, nec non ingens pavor conceptus ex eo, quod per viam supernaturalem tractatise videat, eam dicere faciunt,

Auerte eos dilecte.

Cæterum, etiamsi anima dicat, vt eos auertat, non est sic accipiendum, quasi ex animo velit, & cupiat, vt eos à se auertat: nam (vti demonstrauimus) est dictum quoddam à naturæ timore profectum: quin imo etiamsi multa eam pati oporteret, harum visitationum beneficiorumque dilecti iacturam facere nollit, licet enim patiatur natura, spiritus tamen auolat ad supernaturalem recessum, vt amati sui spiritu perfruat, quod ipsa optabat, & petebat: nollit tamen in carne illa recipere, vbi perfecte, completeque id fieri nequit, nisi parce, & cum molestia; sed in volatu spiritus extra corpus, vbi libere illis perfrui licet; idcirco ait, *Auerte eos dilecte*, i. e. abstine in corpore existenti illa communicare,

Quia auolo.

Quali manifestius diceret: quoniam è corpore euolo, vt eos mihi extra illud existenti communices, siquidem in causa sunt, vt carnem euolando deseram. Sed vt melius percipiamus, qualis sit volatus iste, Notandum est; quod sicuti explicuimus, in illa diuini spiritus visitatione, maxima vi rapitur spiritus animæ ad communicandum spiritualiter cum spiritu diuino, corpusque deserit, neque in illo sentit, neque actiones suas in illo exercet, vtpote quæ in Deo illas habet. Nam propterea dixit S. Paulus, nescire se,

an raptum illum reciperet anima in corpore, vel extra illud: *sue in corpore, sive extra corpus, nescio.* Neque propterea peritandum est, spiritum deserere, aut destituere corpus, vitæque naturali primire, sed quod in illo non fungatur actionibus suis. Et hæc est ratio, cur in illis raptibus, & volatibus corpus reddatur insensibile, & licet acerbissime discretiueretur, non sentiat: non enim hinc res se habet, sicut in alijs naturæ deliquitibus tunc enim si aliquo afficiantur dolore, mox redeunt ad se. Et hæc sentimenta habent in his visitationibus illi, qui perfectionis statum nondum sunt assecuti, progrediuntur tamen in statu profectiuum; qui enim ad perfectionem peruenerunt, in pace, suauisque amore desuntque hi raptus, qui sunt dona ad hanc perfectiorem communicationem disponentia. Oportenus sane hic locus tractandi de differentijs Raptuum, & Extasium, aliarumque eleuationum, & sublimium volatuum spiritus, quos spirituales animæ pati solent. Verum tamen cum scopus meus non sit alius, quam succurrere hos cantus explanare; prout in præfatione promisi, illi labor iste referendatur, qui me aptius, meliusque id nouerit pertinetate. Tum etiam quia B. Theresia de leti mater nostra præclare etiam & mirabiliter scripsit de internis huius spiritus visitationibus, cuius scripta vt spero in Domino, breui in lucem typis cura prodibunt.

Quod igitur hoc loco anima dicit de volatu, intelligendum est, de volatu Raptum, & extasim spiritus ad Deum, ad amatum protinus occurrit dicens,

Reuertere columba.

Æquissimo animo migrabat è corpore anima, in volatu illo spirituali, raptæ quod

vita sua iam iam esset habitura finem, nec non quod in æternum collatari posset, cum sponso suo, & apud illum absque villo velamine manere. At sponsus illius conatus competuit, dicens,

Reuertere columba,

Hoc est, columba in sublimi, celerique volatu contemplationis, in quo versaris, columba in eo quo flagras amore, columba denique in simplicitate qua progredieris (nam triplicem hanc proprietatem habet columba) reuertere è celso illo volatu quo peruenire cupis ad me verè possidendum; nondum enim aduenit tempus tam sublimis notitiæ, sed isti inferiori, quod tibi nunc in hoc spiritu excessu communico, te ipsam attèpera, estoque contenta.

Nam ceruus vulneratus.

Comparat seipsum sponsus ceruo: nam hic cerui nomine se ipsum intelligit: sciendum est autem proprium esse ceruo, alta loca petere, & cum saucius est, algentium aquarum refrigerium celerrime inuestigare; quod si fœmellam consortem suam ciulantem audiat, aut sauciatam animadvertat, illam demulcere, eique blandiri cõsuevit: siceriam hoc loco se gerit sponsus, nam dum videt sponsam vulneratam, amore sui, ipse quoque audito gemitu illius reciproco amore saucius ad illam accurrit; in his enim qui se inuicem amant, alterius vulnus, utriusque commune est, & idem sensus. Itaque perinde est ac dicere: Reuertere ad me õ sponsa mea, nam si tu amore mei vulnerata procedis, ego etiam instar cerui, hac tua plaga sauciatas venio ad te, è sublimi colle apparens tibi. Nam propterea ait,

Per collis summitatem apparet,

Id est, per altitudinem contemplatio-

nis, quam habes in isto volatu. Cõtemplatio enim eminens locus est, per quam deus incipit in hac vita animæ apparere, & communicari, nõ tamè perfectè. Idcirco. nõ dixit, omnino apparet, sed apparet simpliciter: quia licet sublimes Dei notitiæ animæ in hac vita conferantur, oēs tamè sunt quasi remotæ quædam apparitiones. Sequitur deinde tertia proprietates cerui, cuius iam meminimus, quæ in sequenti versu continetur.

Et tui volatus aura, refrigeratur.

Volatus significat præfatæ Extasis contemplatione: Aura vero, amoris spiritum denorat, quem volatus iste contemplationis in anima producit. Appositissimè autem amorem hunc à volatu productum, auram, appellat hoc loco, quia spiritus sanctus, qui amor est, etiã in scriptura auræ comparatur; siquidem à Patre, & Filio spiratur, & sicut ibi est Aura volatus, hoc est, ex contemplatione, & sapientia Patris, & Filij procedit, & spiratur per voluntatem: ita etiam sponsus hunc animæ amorem aurã hic appellat, quia prouenit ei ex Dei contemplatione, & notitia, quam tunc habet. Est autem hoc loco notandum, quod non ait sponsus, se ad illius volatum accurrere, sed ad volatus Auram; quia Deus non se communicat animæ, propriè loquendo, per volatum ipsius animæ, qui (vt diximus) est cognitio, quam de Deo habet: sed per amorem, à cognitione profectum: nam sicut amor est vnio inter Patrem, & Filium, ita est vnio animæ cum Deo. Hinc est quod licet anima altissimas Dei notitias, & contemplationes habeat, & nouerit mysteria omnia; si charitatem non habeat, nihil illi proffit, vt ait Apostolus.

nis
re

ra
ica
VI

1. Cor. 13.
1.3.
Colof. 3.14
ad vñionem cum Deo. Et ratio est, quia vt
idem etiam testatur. *Charitatem habete,*
quod est vinculum perfectionis. Hæc itaq; cha-
ritas & amor animæ, sponsum currentem
trahit ad bibendum e fonte isto amoris
sponsæ suæ; quemadmodum algentes a-
quæ sitibundum, & suacium ceruum at-
trahunt, vt capiat refrigerium: ac proinde
sequitur,

Aura refrigeratur.

Nam quemadmodum aura gratissi-
ma, recreat, refrigeratque æstu fatigatum:
ita hæc aura amoris refrigerat, recreatque
igne amoris æstuantem. Hæc quippe est
proprietas huius ignis amorosi, vt aura,
qua refrigeratur, & recreatur, sit incre-
mentum ignis amoris; amor enim in amante,
est flamma ardens, amplius ardere cupi-
ens, sicut flamma ignis naturalis. Propterea
complementum huius appetitus amplius
ardendi in ardore amoris sponsæ suæ, quod
est aura volatus illius, auræ refrigerium,

hoc loco appellat. Itaque perinde est, ac
si diceret; ad ardorem volatus sui magis
ardet, siquidem vnus amor alium amo-
rem succendit. Vbi nota, Deum non po-
nere in anima gratiam & amorem, nisi
iuxta desiderium & amorem ipsius ani-
mæ; idcirco verus amator coniti debet
ne amor deficiat; siquidem hoc modo,
prout diximus, vtgebit amplius (licet alius
loqui) Deum, vt amplius illam diligit,
magisque delicietur in illa. vt autem huius
charitatis sequatur vestigia, ea quæ de illa
tradidit Apost. debet exercere.

*Charitas, inquit, patiens est, benigna est, iro-
ritas non amulatur, non agit perperam, non iri-
flatur, non est ambitiosa, nõ quarit quæ sua sunt,
non irritatur, non cogitat malum, non gaudet
super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia
suffert (quæ scilicet ferenda sunt) omnia
eredit (quæ credere oportet) omnia sperat,
omnia sustinet, nimirum, quæ consona sunt
charitati.*

CANTVS DECIMVS QVARTVS

CANCION XIV.

SENSVS.

*Mi amado las montañas
Los valles solitarios nemorosos
Las Insulas estrannas,
Los rios sonorosos,
El silbio de los ayres amorosos.*

*Dilectus meus montes
Valles solitaria nemorosa,
Insula extranea,
Flumina sonora,
Sibilus aurarum amabilem.*

CANTVS DECIMVS QVINTVS

CANCION XV.

SENSVS.

*La noche sosegada
En par delos leuantes del Aurora,
La musica callada
La soledat sonora
La cena que recrea, y en amora.*

*Nox sedata & tranquilla,
Propinqua surgenti aurora,
Silens musica,
Solutudo sonora,
Cena recreans & concilians amorem.*

EXPLA.

EXPLANATIO.

Præquam ingrediamur Cantuum istorum explanationem, oportet pro maiori illorum, & sequentium intelligentia animaduertere, quod in isto spiritali volatu nuper exposito, denotatur quidam status, & vnio amoris sublimis, vbi post diuinam spiritali exercitationem, solet Deus animam collocare, quem statum appellant mystici, desponsationem spiritualem cum verbo filio Dei. A principio autem, cum hic status incipit, nimirum prima vice, grandia Deus animæ comunicat. Magnitudine, & maiestate decorat, donis atque virtutibus ditat, Deiq; notitia, & honore vestit, tamquam sponsam in die desponsationis suæ. Porro hac faustissima die, non solum finiuntur vehementes illæ anxietates, & querimonie amorosæ, quas habebat antea; sed etiam, enumeratis, ornata bonis, inchoat quendam statum, pacis, deliriarum, atque suavis amoris, prout significatur in hisce Cantibus; in quibus tota impenditur in referendis, & delectandis dilecti sui magnalibus, quæ præfatæ vnionis, interuentu, in illo cognoscit, quibusque potitur. Ideoq; in reliquis Cantibus, qui deinceps sequutus, non iam tristitia, non anxietates commemorat, vt solebat antea; sed communicationem, & exercitium amoris suavis, & tranquillæ, cura amato suo: in hoc siquidem statu omnia illa cessant. Notandum quoque est, in hoc duplici Cantu omnia illa contineri, quæ ea tempestate solet Deus animæ communicare, attamen non ita est accipiendum, ac si omnibus ad hunc statum peruenientibus, vniuersa quæ in istis duobus Cantibus exponuntur, communicari debeant, vel eodem modo, eademque mensura cognitionis, & sensus; alijs enim plura, pauciora alijs, alijs hoc, alijs illo modo donantur; quamuis vtrumque contingere possit in hoc statu desponsationis spiritalis, ponitur tamen hoc loco summum quod esse potest, vt in eo cætera omnia comprehendantur.

DECLARATIO VTRIVSQUE CANTVS.

Cum ergo hæc animæ columbula volitaret per auras amoris super inundantes a-
 quas angorum, sollicitudinumq; amoris, quas hucusq; ostendit, nec inueniret vbi
 pes suus requiesceret, ad instar columbæ volantis extra arcam; clementissimus Pater
 Noe, in hoc postremo illius volatu, quem diximus, misericordie suæ manum ex-
 tendens, eam collegit, intulitque in arcam charitatis, & amoris sui; quod tunc factum
 est, cum in Cantu proxime explicato dixit. *Reuertere columba.*

Est autem notandum, quod quemad-
 modum in arca Noe, vt diuina testa-
 tur scriptura, erant multæ mansuuncu-
 læ, pro diuersis animantium speciebus;
 nec non de omnibus seculis, quæ mandi po-
 terant; ita anima in hoc suo volatu ad ar-
 cam peccatoris Dei, non tantum in illa con-
 spicit multas mansiones, quas ipse apud
 D. Ioannem, in domo Patris sui esse dixit;
 sed etiam videt, & cognoscit ibidem re-
 periri omnium diuersitatem ciborum, hoc

est, donorum omnium, quæ anima gusta-
 re potest, affluentiam. Hæc sunt quæ in
 duobus prædictis cantibus continentur,
 communibusque illis vocabulis expri-
 muntur, quorum substantia, summaque
 talis est.

Videt anima, & prælibat in hac diuina
 vnione affluentiam, & diuitias inestimabi-
 les, inuenit etiam quietem, & oblecta-
 tionem optatam, secretas quoque, & pe-
 regrinas Dei notitias intelligit, quæ sunt

Bbb dapes

nis
 tce

ra
 ica
 VI

dapes animæ, inter alias, sapiðissimæ; sentit insuper in Deo terribilem quãdam potentiam, & robur, quamlibet aliam potentiam, viresque excedentem: libat præterea inibi admirabilem quandam suavitatem, & delectationem spiritus; reperit veram tranquillitatem, lucemque diuinam; Dei quoque sapientiam, in creaturarum harmonia, Deique operibus relucens, alto modo gustat; se quoque bonis omnibus refertam, cunctis autem malis vacuam, & ab eis alienam sentit: Et quod caput est, intelligit, fruiturque admirabili amoris refectioe, qua in amore roboratur & confirmatur. Hæc est substantia contenta in duobus cantibus supra positus, in quibus ait sponsa, hæc omnia, esse dilectum suum in seipso, & sibi: in his enim quæ Deus solet communicare in similibus excessibus, sentit anima, & cognoscit veritatem illius dicti S. Francisci, videlicet. *Deus meus & omnia*; vnde ex eo quod Deus sit animæ omnia, & illorum omne bonum, declaratur communicatio istius excessus, per similitudinem bonitatis rerum, in prædictis Cantibus expressarum, prout in singulis illorum versibus elucidabitur, quod ita est intelligendum, ut omnia quæ hic explicantur, sint in Deo eminenter, infinito quodam modo, seu potius quod vnumquodque ex his mirabilibus, quæ de illo dicuntur, sit ipse Deus, & simul omnia sint Deus. Ex eo namque quod anima vnitur Deo, sentit res omnes esse Deum, in vnico, ac simplici esse, vt D. Ioan. sentit cum dixit. *Quod factum est, in ipso vita erat.* Vnde quod hic dicitur animam sentire, non est sic intelligendum, quasi res videantur in luce, aut creaturæ in Deo; sed solum quod in possessione illa sentiat res omnes, sibi esse Deum. Neque etiam intelligendum est, animam videre essentialiter Deum, ex eo quod

in his quæ dicimus, tam alte de Deo sentiat, id enim aliud non est, quam formis quædam, & copiosa communicatio, & radius eius, quod ille in se ipso est, in quo radio sentit anima hoc bonum reum, quas modo in versibus declarabimus, videlicet:

Dilectus meus montes.

Habent montes altitudines, sunt vberes, spatiosi, de cori, iucundi, floridi, odoriferi: talis est mihi dilectus meus, sicut isti montes.

Valles solitariae nemorosa.

Valles solitariae sunt tranquillæ, ananæ, subfrigidae, vmbrosæ, fontibus, aquarum dulcium plena: arborumque varietate, ac suauuolucrum concentu mirum in modum sensum demulcent, atque delectant; denique solitudine sua, atque silentio refrigerium conferunt, ac requiem; talis est mihi dilectus meus, sicut valles istæ.

Insula extranea.

Insulae extraneæ mari vndique cinguntur, & præter hoc, sunt valde remotæ, & alienæ a communicatione hominum: vnde in eis gignuntur & procreantur res à nostratibus maximè differentes, variis modis, & virtutibus, hæcenas hominibus incognitis, præditæ, quæ ob rei nouitatem, intuentibus maximam excitant admirationem; & ita propter ingentes, & mirabiles nouitates, ac nouitas peregrinas à vulgari hominum cognitione remotas, quas anima conspicit in Deo, Insulas eum extraneas vocat. Extraneus enim, aliquis dicitur ex duplici capite: vel ex eo quod hominum confortia abhorreat, & fugiat, vel quia in rebus gestis, & operibus singularis est, & inter ceteros

B.
Joan.
a. Cr.

Opus
myst
N.
12

2000.3.4.

antecellens: hac itaque duplici de causa, Deum anima extraneum appellat, ipse enim super omnes extraneas Insulas extraneus est ac peregrinus, cuius viæ, & consilia sunt admirabiles nouitates. Nec mirum est, si hominibus, qui eum minime vident, extraneus sit, ac peregrinus; quandoquidem etiam ipsis beatis, & Angelicis spiritibus, qui eum iam clare vident, peregrinus sit, quippe, qui eum omnino nequeunt comprehendere, nec unquam sunt comprehensuri. Immo vsque ad extremum diem iudicij, tot nouitates cognoscent, pro diuersitate operum misericordia, & iustitiæ illius, vt in admirationem iugiter rapiantur; adeo vt ab omnibus, tam Angelis, quam hominibus appellari possit Insula extraneæ sibi soli, nec extraneus est, neque nouus.

Flumina sonora.

Tres sunt fluminum proprietates. Imprimis enim quæcumque sibi obuia agredijuntur, & inundant. Secundo loca obuia, ima & vacua replent. Tertio eorum sonitus, quemcumque alium sonum occupat, & absorbet. Quoniam verò in hac communicatione dilecti lapidissime in illo sentit anima hanc triplicem proprietatem, propterea asserit quod dilectus suus sit, *flumina sonora*. Et quidem quantum ad primam proprietatem attinet, sciendum est, quod anima in hoc casu, tanta vi, impetitam se conspicit, à torrente spiritus Dei, tamque violenter possessam, vt omnia totius mundi flumina, quæ actiones, passionisque pristinas, adortuntur, & submergunt, sibi imminere arbitretur. Nec tamen ex eo quod sit res adeo violenta, cruciat; hæc siquidem flumina, fluij pacis sunt. Quemadmodum sponsus per Isaiam expressit dicens.

Eccc ego declinabo super eam quasi fluium pa-

ci, & quasi torrentem inundantem gloriam; quare totam animam replet pace, & gloria. Secunda proprietas, quam hic anima experitur est, quod aqua ista diuina, humilitatis illius ima, appetituumque vacuitates replet, prout S. Lucas asserit his verbis. Esurientes impleuit bonis.

Luc. i. 55.

Tertia denique proprietas, quæ anima in his dilecti sui fluminibus sentit, est sonitus quidam & vox spiritualis, omnes sonos & voces excedens, ac vincens, porro in explicando, quomodo id fiat, paulisper immorabimur. Vox ista, seu sonorus sonus horum fluminum, de quo loquitur hoc loco anima, est repletio quædam tam copiosa, qua impletur, & potestas quædam tam potens, qua possidetur, vt non solum fluuiorum sonitus existimet, verum etiam tonitrua vehementissima; attamen vox spiritualis est, minime secum adferens materiales sonitus, nec illorum molestiam, sed magnitudinem, sed vires, sed delectationem: in summa est instar vocis, & sonitus immensi, animam potentia implentis. Propterea enim ad designandum hanc spiritalem vocem, quæ in spiritus S. aduentu fiebat interius in Apostolorum spiritibus, exterius auditus est sonus ille tanquam spiritus vehementis, indicans internum, quem sentiebant sonum, qui (prout diximus) erat repletio potestatis, & fortitudinis. Et quando D. Iesus, inter angustias, & pressuras inimicorum suorum constitutus Patre exorabat, vox interior de celo venit (vt D. Ioan. affirmat) confortans eum secundum humanitatem, quæ ludæi ad instar tonitruum exterius reboantem audierunt, & propterea quidam tonitruum, alij vero Angelum cum illo locutum fuisse, aiebant. cæterum vox illa externa robur & potestatem, quæ Iesu secundum humanitatem interius conferebatur, denotabat. Hinc scire oportet, spirituale vocem esse effectum ab illa externa productum; siquidem

Ioan. 12. 28.

nis
tce

ra
ica

VI

materialis aures sono ferit, & mentem illustrat intelligentia. Quod significare voluit David, quando dixit. *Eccē dabit voci suæ, vocē virtutis.* nimirū voci externæ, quæ exterius percipitur, dabit vocē virtutis, quæ intērius audiatur, vbi sciēdum est, Deum esse vocē infinitam, qui dū præfato modo animæ sese communicat, immensæ vocis producit effectum. quam vocem S. Ioan. audiuit in Apocal: ait enim, quod vocem de cælo audiuit, *Tanquam vocem saquarum multarum, & tanquam vocem tonitruū magni,* ne verò aliquis intelligat vocem istam, eo quod vehemens sit, & magna, esse molestam, aut acerbā: confestim subdidit vocem illam fuisse suauem instar *Citharæ dorū citharizantium in citharis suis.* Ezechiel quoq; ait, quod sonus iste squarū multarum esset, *quasi sonus sublimis Dei:* videlicet, altissime, suauissimeque in illo sese communicantis. Hæc vox infinita est, si quidem, prout demonstrauimus, est ipse Deus sese communicans, vocemque faciēns in anima: atq; en contemperat se vnicuique animæ, vocem virtutis ei largiendo limitatam, prout cuique congruit, afficitque animam magna delectatione, & suauitate. Idcirco enim sponsa in Cantico dixit. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, sequitur verus.*

Sibilus aurarum, amabilium.

Duo proponit anima in hoc versu: aurarū nimirum, & sibilum; *aurarū amabilium* nomine exprimit hoc loco virtutes, & gratias dilecti; quæ intercedente prædicta vnione sponsi animam impetunt, suauissimeque communicantur, eiusque substantiam, mediante amorosa noritia contingunt. *Sibilum* vero *aurarum* istarum, vocat eminentissimam suauissimamque intelligentiam Dei, & virtutem illius, quæ

redundat in intellectum, ex contactu harum Dei virtutum in substantia animæ, medijs illius potentijs, quæ est maxima omnium deliciarum inter cetera quæ anima degustat. Vt autem quæ dicta sunt, melius percipiantur notare oportet, quod quemadmodum in aura duo sensu percipiuntur, tactus scilicet & sibilus, seu sonitus; ita in hac sponsi communicatione duo etiam percipiuntur, sensus nimirum delectationis, & intelligentia. Et sicut auræ contactus, sensu tactus percipitur & gustatur, & eiusdē auræ sibilus, sensu auditus sentitur: sic etiam cōtactus virtutū dilecti, tactu animæ sentitur, & gustatur, qui est substantia ipsius animæ, mediante voluntate. Intelligentia vero virtutū Dei, percipitur in auditu animæ, nempe in intellectu. Scire insuper necesse est, quod tunc aura suauiter flare dicitur, cum dulciter phlegma deque ferit; & satisfacit appetitui illius, qui eiusmodi refrigerium desiderabat; tunc enim oblectatur, & recreatur sensu tactus: è quibus tactus delitij, percipit auditus in sonitu; & auræ sibilus copiosam delectationem, longe maiorem quàm sensus tactus in auræ contactu: quoniam sensus auditus spiritualior est; seu potius accedit magis ad spirituale, quam tactus, vnde & delectatio ipsius spiritualior est, quam delectatio tactus; ita similiter, quoniam hic Dei tactus summopere satisfacit, & oblectat substantiam ipsius animæ, illius appetitum perueniendi ad talem vnionem suauiter adimplendo; idcirco ipsam vnionem, seu contactum, *suauitas aurarū* appellat. Nam, (sicut diximus) ei dulciter, suauiterque in illo communicantur amantissimæ virtutes; indeque deriuatur; & redundat in intellectum sibilus intelligentiæ. *Sibilum* præterea vocat, nam sicut sibilus auræ acute penetrat organum seu vasculum auditus; sic etiam hæc subtilis, & de-

& delicata intelligentia, mirabili quadam dulcedine, & voluptate ingreditur intimiorem animæ substantiam, quæ longe vberior delectatio est, quam reliquæ omnes. Ratio huius est, quia datur illi substantia intellecta, & nudata alijs accidentibus, & phantasmatibus, & communicatur intellectui, quem Philosophi passibilem, seu possibilem vocant; eo quod illam passue recipiat, nihil ex te operando, modo suo connaturali, qui est præcipuus actus animæ, fit etiã in intellectu in quo iuxta Theologorum placitum Dei visio consistit. Ex eo namque, quod sibilus iste, præfatam intelligentiam substantialem significat, nonnulli Theologi opinantur S. Parentem N. Eliam clare Deum vidisse in sibilo illo auræ tenuis, quem in monte Oreb, dum stare ad ostium spelûcæ, sensit: vbi scriptura, *sibilum auræ tenuis*, nominat; quia ex subtili, tenuique communicatione spiritus, oriebatur intelligentia in intellectu. Et hinc etiam *suauum aurarum sibilum* appellat, quoniam ex amabili cõmunicatione virtutum dilecti, redundat in ipsius intellectu; ideoque aurarum amabilium sibilum appellat. Sibilus iste diuinus qui per auditum animæ intrat, non tantum est substantia intellecta (vr iam exposui) verum etiam manifestatio veritatum diuinitatis, & reuelatio occultorum arcanorum eiusdem. Quotiescũque enim in diuina scriptura inuenitur aliqua communicatio Dei, quæ per auditum introire perhibetur, constat esse manifestationem istarum veritatum nudarum in intellectu, vel reuelationem secretorum Dei: quæ sunt reuelationes, seu visiones pure spirituales; quæque solæ communicantur animæ, absque ministerio, & ad miraculo sensuum. Idcirco altissimum certissimumque est, id quod Deus per auditum communicate dicitur. Propterea

enim D. Paulus, vt eminentiam reuelationis suæ significaret, non dixit; vidi arcana verba, neque gustavi arcana verba. Sed, *audiu arcana verba, quæ non licet hominibus loqui*, ex quo conijciunt aliqui, vidisse etiam illum diuinã essentiam, sicut S. P. N. Elias in sibilo. Nam sicut fides (eodem Apost. Paulo teste) intrat per auditum corporis. Ergo fides ex auditu; ita ea quæ nobis fides tradit, videlicet substantia intellecta, ingreditur per spiritualementem auditum. Quod optime insinuauit Propheta Iob loquens cum Deo, quando sese illi manifestauit: *Audiu aurũ*, inquit, *audiu te: nunc autẽ oculus meus videt te*, vbi aperte significatur, quod audite animæ auditu, est videre oculo intellectus passibilis; idcirco enim nõ dixit, *auditu aurium mearũ* audiui te, sed *auditu auris meæ*; neque enim dixit *oculi mei* vident te, sed *oculus meus*, qui est intellectus. itaque hoc animæ audire, est intellectu videre. Neque putare quis debet, quod ex eo quod sit substantia nuda (vt diximus) id quod anima intelligit, sit clara, & perfecta visio Dei, vt in cælo: licet enim alijs accidentibus denudata sit, non propterea clara est, sed obscura; est siquidem contemplatio, quæ in hac vita, vt ait S. Dionysius, est *radius tenebræ*. Itaque dicere possumus, quod sit radius, & imago visionis, quia fit in intellectu, in quo Dei visio consistit.

Hæc eadẽ substantia intellecta, quã nũc anima sibilum appellat, sunt oculi exoptati, quos dum amatus illi reuelaret (eo quod sensus eos sustinere non posset) dixit: *Auerte eos dilecte*. Et quia oportune satis huc spectare videtur auctoritas quædam Iob, quæ in multis ad stipulatur ijs, quæ in hoc raptu, & desponsatione dixi, ideo hoc loco eam referam (etiã si paulo diutius immoremur) eiusque partes ad nostrum institutum facientes declarabo: imprimis

1. Cor. 11.
4.
Rom. 10.
17.
Iob 42. 5.

nis
tce
ra
ica
7



autem integram proponam, deinde vero succinctè explanabo ea, quæ conueniunt nostro instituto; quod cum præstitero, versuum alterius Cantici explanationem prosequar. At ergo Eliphas Themanites. Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furtiue suscepit auris mea venas susurræ eius: in horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pavor tenuit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt; & cum spiritus me presente transiret, inhorruerunt pilæ carnis meæ: stetit quidam, cuius non cognoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ leni audiui: quod testimonium complectitur illa omnia quæ hæcenus diximus de hoc raptu, à Cantu 12. qui incipit. *Auerte eos dilecte.* Nam in eo, quod loco citato ait Eliphas Themanites, sibi dictum fuisse verbum absconditum, designatur illud absconditum collatum animæ, cuius magnitudinem ferre non valens, dixit. *Auerte eos dilecte.* Dicendo autè, quod auris sua suscepit venas susurræ eius quasi furtiue, indicatur substantia denudata, quam intellectum recipere diximus; venæ namque hoc loco, substantiâ internam denotat, susurrus vero communicationem illam, & virtutum contactum significat, ex quibus communicatur intellectui prædicta substantia intellecta. Porro susurrum hic appellat; quoniam suavissima est talis communicatio: sicut etiâ ibidè, suaves, seu amabiles auras vocat anima, quia amabiliter, suaviterque communicatur; quâ quasi furtiue se suscepisse fateatur, nam quemadmodum, quod furto auferitur, alienum est, ita secretum illud, naturaliter loquendo, ab homine alienum erat, quia quod recipit, naturæ suæ minime cõpetebat, vnde nec illud recipere licitum illi erat, sicut nec D. Paulo arcana sua loqui erat licitum; propterea bis

Isa. 24. 16. Proph. dixit. *secretum meum mihi, secretum meum mihi.* cū vero inquit: *in horrore visionis*

nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pavor tenuit me & tremor; timorem, tremoremque significat, quæ illa communicatio raptus animæ naturaliter incuit, quâ diximus, ferre non posse naturam in communicatione diuini spiritus. Denotat enim his verbis Proph. iste, quod sicut homines cum primum obdormire incipiunt, solet opprimere, ad deterrere visio quædam, quam infomnium vocant, quæque accidit inter somnum & vigiliam, nimirum sub initium somni; ita etiam tempore huius spiritualis soporis, inter somnum ignota ratione naturalis, & vigiliam cognitionis supernaturalis, quæ cõtingit in exordio raptus, siue ecclæsticis, pauorem, & tremorem incutit visio spiritualis, quæ tunc ipsi communicatur. Addit præterea, omnia ossa sua fuisse conterrita, seu perturbata, quod tantumdem est, ac si diceret; cõmota, ac disiuncta fuerunt à locis suis: quibus verbis indicatur maxima ossium disiectio, quæ sustinetur hoc tempore. Quod præclare significauit Daniel, cū videns Angelum dixit. *Domine in visione tua, dissoluta sum cõpagis mea.* Et in eo quod statim subdidit, nimirum, *Et spiritus me presente transiret,* videlicet, spiritum meum transcendere faciens limites suos, & connaturales vias, per corporis raptum iam dictum, *inhorruerunt pilæ carnis meæ;* exprimit id, quod de corpore dimimus, quod scilicet in sopore isto obrigitur, membrisque contractis, penè exanimè relinquitur. Et immediate subditur, *stetit quidam, cuius non cognoscebam vultum, imago coram oculis meis.* iste, quem stare affirmat, est Deus sese cõmunicans prædicto modo, cuius vultum se minime cognoscere ait, vt insinuat in huiusmodi cõmunicatione, seu visione, etsi altissima sit, non cognosci, aut videri Dei faciem, & essentiam; sed dixit fuisse imaginem coram oculis suis, quia prout tradidimus, intelligentia illa

ver.

verbi absconditi, altissimi erat, instar imaginis, & vultus Dei. Non tamen intelligitur id esse Deum essentialiter videre. Et mox concludit dicens, *Et vocem quasi auram leni audivi*, quibus verbis, sibilus aurarum amabilem denotatur, sic enim hic anima nominat dilectum suum. Neque etiam est intelligendum, visitationes istas semper contingere cum istis timoribus, & detrimētis naturalibus: id enim (prout dictum est) illis accidit, qui illuminationis, & perfectionis statum ingrediuntur, idque in hoc genere cōmunicationis raptus scilicet & ecstasis: nam in alijs, summa potius cum suauitate contingunt. sequitur declaratio alterius cantus.

Nox quieta & tranquilla.

In hoc somno spiritali, quo anima requiescit in sinu dilecti sui, possidet habetque omnem tranquillitatem, quietem, & otium pacificæ noctis: pariterque recipit in Deo abyssalem quandam, & obsecrā intelligentiam diuinam. Et propterea ait, dilectū iuū esse sibi instar noctis tranquillæ.

Surgenti aurora proxima.

Porro noctem hanc tranquillam, similem esse ait, nō quidem obscuræ nocti, sed nocti iā proximæ auroræ matutinæ. Quoniam tranquillitas ista, & quies in Deo nō est prorsus obscura animæ, instar tenebrorū noctis: sed requies, & tranquillitas in luce diuina, nouaque notitia Dei, in qua spiritus suauissimè tranquillus, ad lucem diuinam extollitur. Porro hanc diuinam lucem aptissimè appellat *surgentem auroram*; hoc est diluculum; nam quemadmodum aurora surgens, noctis tenebras propulsat, lucemque diei propalat; ita hic spiritus, quietus, & tranquillus in Deo, erigitur à tenebris naturalis intelligentiæ ad lucem matutinam supernaturalis cognitionis Dei, non claræ, sed (vti dictū est) ob-

scuræ, instar noctis, propinquæ auroræ surgenti. Sicut enim nox propinqua diei, neque omnino nox est, nec omnino dies, sed crepusculum, ita hæc solitudo, & quies diuina, nec omnino clare informatur diuina luce, neque ab illius participationis prorsus excluditur.

In hac tranquillitate, intellectus peregrina quadam nouitate erectū se videt ad diuinam lucem, super omnem connaturalē intelligentiam: nō secus, ac ille, qui à diuturno somno euigilans aperit oculos ad inopinatam lucem. Hanc, vt opinor, notitiā significare voluit Dauid, quando dixit:

Vigilauit & factus sum sicut passer solitarius in tecto, quasi diceret, oculos intellectus aperui, omnesque naturales intelligentias præ-

tergressus, solitarium, & procul ab illis me recessisse cōperi, in tecto, hoc est super omnia hæc inferiora, & terrena: aitque passer solitarius se similem factum fuisse, quoniam in hoc contēplationis genere induit spiritus proprietates huius passeris, quæ sunt numero quinque. Prima proprietas est, quod communiter residet in editiori loco, licet etiam spiritus hoc tempore ad altissimam contēplationē transfertur. Secunda proprietas est, quod semper habet rostrum directū aduersus flentem ventū, sic etiam spiritus rostrum affectus sui dirigit in Deum, à quo spiritus amoris perstat. Tertia proprietas est, quod fere semper est solitarius, nec alterius cuiusuis aus admittit societatem, quin immo cum primum iuxta se aliquam consistere animaduertit, protinus auolat: simili modo spiritus in hac contēplatione, est in solitudine rerum omnium, denudatus illis, nec aliud præter hanc in Deo solitudinem in se admittit. Quarta proprietas est, quod suauissime modulatur: idem etiam præstat spiritus hoc tempore erga Deum, laudes siquidem,

Ps. 101. 8.

In hac contēplatione assimilatur spiritus passeris solitario.

nis
ccc

ra
ica

7

quas Deo offert, laudes sunt dulcissimi amoris, ipsimet spiritui suauissimæ, pretiosissimæque ipsi Deo. Quinta denique proprietas est, quod nullum peculiarem sortitur colorem, sic etiam spiritus perfectus, non solum non habet in hoc excessu peculiarem aliquem colorem alicuius affectus sensibilis & amoris proprii: verum neque peculiarem aliquam considerationem de rebus inferioribus, nec interdum de superioribus; immo neque rationem, modumve eorum poterit verbis exprimere; eo quod abyssum quandam notitiæ Dei possideat, sicut dictum est.

Silens musica.

In tranquillitate illa, & præfatæ noctis silentio, nec nõ in notitia illa diuinæ lucis, apprehendit anima mirabilem quandam conuenientiam, & dispositionem sapientiæ diuinæ, in creaturarum omnium operumque suorum diuersitate relucens, dum omnes, & singulas, quadam ad Deum correspondentia referri animaduertit; per quam suo quæque modo proclamatur, quid Deus in ipsa sit: adeo, ut illi videatur concentus harmonicus præstantissimus, omnem huius mundi melodiam excedens: vocat autem *silentem musicam*, quia (vix diximus) est intelligentia tranquilla, & quiescens, sine vocum strepitu; & ita gustatur in illa suauitas musices, & quies silentij. Et propterea ait, dilectum suum esse hanc *musicam silentem*; quoniam in ipso cognoscitur, & gustatur hæc harmonia, musicæ spiritualis, neque hoc solum, sed etiam est

Solitudo sonora.

Quod est fere idem, quod *silens musica*, nam licet illa musica silens sit, quantum spectat ad sensus, & naturales potentias: est tamen solitudo sonora valde, poten-

tijs spiritualibus: dum enim solitaria, & vacuæ existunt cunctis formis, ac apprehensionibus conaturalibus habet aptitudinē ac recipiendū in spiritu, sonore admodum, sonitum spirituale excellens. Deī in se, & in suis creaturis: iuxta ea quæ superius diximus, vidisse D. Ioan. spiritum in Apocal. uenire, *uocem multorum cithararum citharizantium in citharis suis*, quæ vox in spiritu facta fuit, non quidem materiam cithararū, sed cuiusdam notitiæ laudum beatorum, quas in suo quisq; gradū gloriæ, iugiter cantat Deo, quæ est uelut musicalis quædam harmonia. Nam quæ admodum quilibet ipsorum diuersimode possidet illius dona, sic etiam laudes ipsius diuersimode cātāt: & vna omnes in vnica amoris concordantia simili musicali harmonia conueniunt. Hoc eodem modo in sapientia illa, seu contemplatione tranquilla, animaduertit anima in creaturis non tantum superioribus, uerum etiam inferioribus, iuxta ea quæ illarum quælibet à Deo accepit, quæ eorum singulæ uoce sua testimonium perhibent eius, quod Deus est in se ipso; uidetque quamlibet ipso suo modo magnificare Deum, illum in se ipsa habendo iuxta capacitatem propriam, & sic omnes simul istæ uoces, vnica admirabilem uocem musicalem magnificentiam, sapientiæ, & scientiæ Dei conficiunt. Et hoc est quod significare uoluit Spiritus sanctus in libro Sapientiæ cum dixit, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet uocis*. hoc est, spiritus Domini orbem terrarum impleuit, & hic mundus omnia continens, quemque ipse formauit, habet scientiam uocis, quæ est *solitudo sonora*, quæ diximus animam hic cognoscere, testimonium nimirum, quod omnes in se ipsi perhibent de Deo. Et quoniam anima recipit hanc sonoram musicam non ab ali-

Sapientia
Dei in
creaturis
considera-
ta musica
anima.

solitudine, & alienatione rerum omnium
extranearum, ideo silentem musicam
appellat, & solitudinem sonoram, quam af-
ferit esse dilectum suum, & insuper

Cana recreans, & concilians amorem.

Cana recreat amantes, satiat, & amo-
rem conciliat, & quia tria hæc præstat di-
lectus animæ in hac suavi communica-
tione, propterea ipsum vocat cænam re-
creantem, & conciliantem amorem. Sci-

endum hic est, quod hoc nomen, *CANA* in
diuina scriptura designat visionem diur-
nam: nam sicut cæna est periodus laboris
diurni, & nocturnæ quietis exordium: sic
etiam hæc notitia tranquilla, de qua dixi-
mus, facit animam experiri quendam ma-
lorum finem, & possessionem bonorum,
vbi plus solito amore, erga Deū afficitur:
& ideo, Deus est, ipsi animæ *Cana recreans*,
dum malorum omnium animæ est finis,
eamque amore succendit, quatenus illi
est bonorum omnium possessio.

CANTVS DECIMVS SEXTVS.

CANCION XVI.

SENSVS.

*Nuestro lecho florido
De cuernas de leones enlazado
En purpura tenuido
De paz edificado
Con mil escudos de oro coronado.*

*Lectus noster floridus
Antri leonum illaqueatus,
Purpura tinctus,
Pace edificatus,
Mille clypeis aureis redimitus.*

DECLARATIO.

IN duobus proxime præcedentibus Cantibus, cecinit sponsa gratias, & excellentias
dilecti sui: in hoc vero extollit se felicem, & eminentem statum, eiusque securitatem,
nec non diuitias donorum, & virtutum, quibus se dotatam, & exornatam conspicit in
thalamo vnionis sponsi sui; ait enim, se vnum quid cum amato effectam, virtutes soli-
das, charitatem perfectam, & completam pacem habere, diuinisque muneribus locu-
pletatam, & condecoratam esse, quantum in hac vita possidere fruique licet. ait itaq;

Lectus noster floridus.

Lectus iste floridus, est amati pectus, &
amor, cui anima effecta sponsa, iam vnita
est, qui lectus effloruit ipsi animæ propter
vnionem & nexum vtriusque, cuius in-
teruentu virtutes, gratiæ, & dona dilecti
eidem comunicantur: quibus illa ita, de-
corata locuples, & delicijs repleta est, vt
in lecto suauissimis floribus conserpo,

se iacere putet, quorum tactu delectatur,
& recreatur odore: propterea hanc amo-
ris vnionem *lectum floridum* appellat. Sic
Sponsa eum nominat in Cantibus spon-
sum alloquens his verbis, *lectulus noster flo-*
ridus. noster, inquit, quia eadē virtutes, i-
demque amor, dilecti scilicet, iam vtrique
sunt communes, eademque amborum
voluptas, iuxta illud Spiritus sancti in lib.
Prouerb. nimiram, *delicia mea esse cum filijs* *Prov. 8. 31.*

Ccc homi-

boninum. Floridum quoque appellat, quia in hoc statu virtutes iam sunt in anima perfectæ, & positæ in exercitio operum perfectorum, & heroicorum, quod habent fieri non poterat, donec lectulus effloresceret in perfecta vnione cum Deo, & ideo subdidit.

Antris leonum illaqueatus.

Anima ut
leo fortis est
virtutes
possidet.

Propter fortitudinem, & acrimoniam leonis, comparat nūc virtutes, quas possidet anima in hoc statu, leonū antris, quæ valde tuta & protecta sunt à cæterarū ferarum iniuria, nam pertimescentibus illis virtutem, & audaciā leonis intro latentis, non modo ingredi non audent, verū neque propè illa consistere; ita vnaquæque virtus quam anima perfecte possidet, est instar spelunçæ leonis, vbi moratur ac residet sponso, fortis quasi leo, vnitus animæ in virtute illa, & in vnaquaq; cæterarum virtutū: ipsa etiā anima vnita sponso, in ipsismet virtutibus, est tanquā leo fortissima, eo quod inibi dilecti induat proprietates; quo casu in hac vnione diuina, quæ est lectus floridus, anima tam munita, & fortis est in singulis virtutibus, & in omnibus simul: vt non solum demōn eam aggredi nō audeat, verum etiā coram illa comparere vereatur, ob ingētem timorē, quem concipit, dum eam ita magnificentam & audacē videt perfectis virtutibus, in lectulo amari; siquidem vnitam illam eū Deo in transformatione amoris, tantopere pertimescit, ac ipsummet Deū, nec aspiciere eam audeat. Supra modū exhorrescit cacodæmon animam perfectā. Est autē hic animæ lectus hisce virtutibus intertextus, in hoc quippe statu, ita inter se connexæ, & firmatæ sunt ad inuicē, atque in vnica, & absoluta animæ perfectione vnitæ; vt non solum nullus aditus pateat dæmoni; sed etiā ita est obuallata, vt nullares mūdi seu magna seu parua, eam inter-

turbare, molestiam afferre, aut cōmouere possit. Cum enim libera sit, & aliena à passionum naturalium molestia, nec non denudata à procella, & vicissitudine rerum temporalium; quasi in tuto posita Dei participatione potitur. Hoc votis omnibus optabat Sponsa in Canticis cum dicebat. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris, & despiculer te, & iam me nemo despiciat.* Osculū hoc, est vnio de qua loquimur, per quā anima quodammodo æquatur Deo per amorē; idcirco enim optat dilectū sibi vt fratrem donari, quod æqualitatem quandā significat, efficitque; nec nō vt sugat vbera matris suæ, hoc est, cōsumat vniuersas imperfectiones, & appetitus naturæ suæ, quam habet à matre sua Eva, *Et solū foris inueniat, id est, vnietur illi soli, fortis, seu procul à rebus omnibus, denudata illis secundā voluntatem, & appetitum: sic enim nemo ipsam ultra despiciet, hoc est, nec nūdus, nec caro, nec dæmon eam oppugnare audebit.* Cū enim optat omnibus expedita, & repurgata sit, Deoq; vnita, nemo illorum ei negotiū facessere potest. Hinc est, quod anima in hoc statu fruatur assidua quadā suauitate, & tranquillitate, quam ferē nūquam amittit, aut ei deficit. Verū præter hanc regularem satisfactionem, & pacem, vsque adeo aperiri solent in anima, odoremq; suum exhalare, flores virtutū huius hortū, vt arbitretur anima (& sic est) se omnibus Dei delictijs esse referatam. Dicit autem quod excludi solent virtutū flores, qui sunt in anima, nam etiam si virtutibus perfectis abundet, non tamen semper illi actu fruatur; (esto, vt dixi, pace, & tranquillitate, quam inducūt regulariter, perfruatur) dicere namq; possumus, virtutes esse in anima in hac vita, instar florum in horto, turgentibus gemmis adhuc occultis, quos mirum est videre aliquando

Spi-

Spiritus S. operatione, omnes simul excludit; & admirabilem sui odorem, & fragrantiam multipliciter exhalare. Accidit enim nonnunquam animam cōspicere in se, flores supradictorum mōtium, opulentiam nimirum, magnitudinem, & pulchritudinē Dei, iisque nemorosorum vallium intertexta lilia, quæ sunt, requies, refrigerium, atq; præsidium; ibique interpositas luæcolētes rotas Insularum extranearū, quas peregrinas, & extraordinarias Dei notitias esse tradidimus; videt quoque se impetitam fragrantia liliorum, sonororum fluminum, quæ Dei magnitudinem, totam animam replentem, esse asseruimus. Gelsimini etiam delicatissimum odorem interspirātem, sibilū videlicet, anarū amabilium, quo etiā in hoc statu animā frui commemorauimus; tum etiam reliquas omnes virtutes, & dona recensita notitiæ tranquillæ, silentis musicæ, sonoræ solitudinis, cœnæ lapidæ, & conciliantis amorem. Porro ita anima fruitur, & sentit, aliquando omnes istos flores simul, vt verissimè cantare possit,

Lectus noster floridus.

Antris leonum illaqueatus.

Felix anima quæ in hac vita mortali, interdum horum diuinorum florum fragrantiam prælibare meruerit! ait præterea quod hic lectus sit

Purpura tinctus.

Purpura denotat charitatem in diuina scriptura, qua etiam amiciuntur, & vtuntur Reges. Hunc igitur floridum lectum inquit anima, esse purpura tinctum, quia omnes virtutes diuitiæ, bonaque illius, innituntur, efflorescunt, eisque potitur anima, in charitate, & amore Regis cœlestis: quo amore si careret, hoc lecto floribusque illius frui non posset. Itaque cunctæ istæ virtutes, sunt in anima, quasi tinctæ amore Dei tanquam in

time conferuantur, & quasi amore madidæ existunt. Nam simul omnes, & earum singulæ, animam sine intermissione Dei amore succendunt, atque in rebus omnibus, & operibus, amore excitant, ad vberiores amorem; quod est esse purpura tinctum. Insuper ait quod sit

Pace adificatus.

Vnaquæque virtus natura sua pacifica est, mitis, & fortis; atque adeo in anima illas possidenti, triplicem hunc effectum, pacem nimirum, mansuetudinem, fortitudinemque producit. Et quoniam lectus iste florescit, & componitur floribus virtutum (sicut diximus) illæque omnes pacificæ, mites, ac fortes sunt; hinc est quod pace constructus sit, & anima pacifica, mitis & fortis, quæ sunt proprietates, quas nullū bellum mundi, dæmonis, carnisve expugnare possit. Hæ virtutes, tam pacificam, & securam reddunt animam, vt se totam pace adificatam arbitretur, ait insuper quod lectus iste sit

Mille clypeis aureis redimitus.

Virtutes, & dona animæ, clypeos appellat, quibus redimitum esse ait, lectus deliciarū animæ. Virtutes enim, & dona, non solum sunt corona, & præmiū comparanti illa, sed etiam, ad instar clypeorū, illū defendunt, & protegent contra vitia, quæ ipsarū admiculo superauit; ac proinde lectus floridus, virtutibus coronatus est in præmiū, & quasi clypei protectione defensus. Quos clypeos aureos esse affirmat, ad denotandum maximum virtutū valorem. Sunt itaque virtutes corona, & præmiū; q̄ Sponsa alijs quidē verbis significauit dicens. *En lectulū Salomonū sexaginta sortes ambiunt ex fortissimis Israel, vnusquisq; ensis super semur suū, propter timores nocturnos.*

Ccc 2 CAN.

CANTVS DECIMVS SEPTIMVS.

CANCION XVII.

SENSVS.

*Azaga de tu buella
Las jouenes discurren al camino,
Al toque de centella.
Al adobado vino
Emisiones de balfamo diuino.*

*Post vestigium tuum
Adolescentula discurreunt ad iter
Ad contactum scintilla
Ad haustum conditi vini
Emissiones balsami diuini.*

DECLARATIO.

PRædicat sponsa in hoc cætu amatum, eumq; laudibus extollit ob triplex beneficium collatum animabus deuotis, quibus animo confirmantur, & ad Dei amorem amplius eriguntur. Quæ cum ipsa experiatur in hoc statu, idcirco hoc loco illa commemorat. Primum beneficium ait esse suauitatem, quæ animas perfundit, quæ a deo efflicax est, vt eas ad iter perfectionis festine admodum properare faciat. Secundum est, quædam amoris visitatio, qua eas repente inflamat amore. Tertium denique est, charitatis abundantia, quam illis infundit, qua ita inebriantur ab illo, vt non minus earum spiritum euchar ad se hac charitate, quam amoris visitatione ad laudes Dei dulcesque amoris affectus erigebat, ait itaque:

Post vestigium tuum.

Vestigium est signum humi impressum ab eo, cuius est vestigium, per quod inuestigatur, & queritur, qui illud impressit. Suauitas & notitia Dei, quam animæ inquirenti se largitur, est vestigium, & signum per quod Deus cognoscitur, & inuestigatur, propterea ait hic anima Verbo sponso suo,

Post vestigium tuum.

Hoc est, post vestigium suauitatis tuæ, quam in eis imprimis & infundis, & post eum, quem spargis odorem,

*Adolescentula discurreunt
ad iter.*

Id est, animæ deuotæ viribus iuuentu-

tis à vestigijs tuæ suauitatis conceptis, discurreunt, hoc est, per diuersas partes, & multis modis, hinc inde cursitant (id enim significat verbum discurrere) ad iter vite æternæ, perfectionem videlicet Evangelicam, vnaquæque ea portione spiritus, & status, quam à Deo sortita est: idque per diuersa exercitia, & opera spiritualia, per quam gradientes, (præmissa spiritus, & rerum omnium nuditate) occurrunt dilecto in vnione amoris. Hæc suauitas, & vestigium, quod Deus in anima impressum relinquit, summopere eam alleuat, & post se currere facit. Tunc enim anima parum valde, vel certè nihil laborat ex parte sua, ad conficiendum hoc iter: quin imo mouetur, & trahitur hoc Dei vestigio, non solum vt exeat, verum etiam vt multiplici-

er discurrat ad iter, prout dictum est. Idcirco enim Sponsa in Canticis hanc diuinam tractionem, à Sponso poposcit dicens; *Trabe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Et postquam hunc diuinum odorem, siue per illius infusionem, siue effusionem in anima percepit, & paulo antea dixit; *ideo adolescentula dilexerunt te:* quasi diceret, idcirco adolescentula dilexerunt te, anxieque, & votis omnibus expetunt, vt trahas eas post te, vt currant insequendo te. Et Dauid inquit. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*

*Ad tactum scintilla,
Ad haustum conditi vini,
Emissiones balsami diuini.*

In duobus primis verticulis diximus, quod animæ deuotæ discurrunt post vestigium ad iter exercitijs, operibusque externis. Nunc vero in his tribus indicat anima, internum voluntatis exercitium istarum animarum, ad quod tribus alijs donis, & internis visitationibus à dilecto mouentur, quas nunc tactum scintilla, vinumque conditum appellat; internum autem exercitium voluntatis (quod ex his duobus muneribus resultat, & procedit) Emissiones balsami diuini vocat. Quoad primum scire operæ pretium est, quod tactus iste scintilla, de qua hic loquitur, est delicatissimus contactus, quo dilectus animam nonnunquam contrectat, etiam tunc, cum ipsa minus cogitata deo vt cor eius, amoris igne ita succendat, vt scintilla ab igne emissa, videatur animam absumpsisse. Tunc verò instat eius qui ex improviso euigilat, accenditur voluntas amoris dulcedine ad amandum, desiderandum, laudandum, gratias agendum, reuerendum, magnificandum & ex-

orandum Deum: quæ omnia emissiones balsami diuini appellat, & correspondet tactui scintilla egressæ à diuino amore, quem scintilla accendit, quod est diuinum balsamum, confortans, & sanans animam, odore, atque substantia sua. Diuini huius tactus meminit Sponsa in Canticis his verbis. *Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius:* Dilecti tactus est tactus amoris, quo hic animam contrectare asserimus, manus est beneficiū quod illi præstat: foramen verò, per quod hæc manus intrauit, est modus, ratio, & gradus perfectionis animæ, nã ad istum dispositionis normam esse solet tactus, intensior, vel remissior, hoc vel illo modo dispositionis spiritualis animæ. Venter ipsius, quem contremuisse ait, est voluntas, in qua fit prædictus tactus: intremiscere vero, est insurgere in illa appetitus, & affectus Deū, desideradi, amandi, collaudadi, & cæteros supra commemoratos: quæ sunt emissiones balsami redundantes ex isto tactu, iuxta ea quæ diximus.

Ad haustum conditi vini,

Hoc conditum vinum est aliud donum longe præstantius, quod Deus animabus prouectis nonnunquam largitur, quo eas in Spiritu Sinebriat, vino quodam amoris, suauis lapido, atque robusto: ideo vinum conditum appellat: nam quemadmodum vinum conditum, multis, ac varijs speciebus odoriferis, & generosis concoquitur; ita amor iste, quem Deus perfectis cõfert, excoctus est, in que eorū animis consistens virtutibus ab anima iã acquisitis cõditus. Qui hisce pretiosis virtutum aromatibus conditus, tantum vigore, & abundantiam suavis ebrietatis reponit in anima, quoties Deus eã visitat, vt maxima vi, & efficacia ad Deū transmittere faciat emissiones, seu missiones illas, laudis, amoris & reuerentiæ,

Ccc 3 quas

lis
ccc

Cant 5.4.

ia
ica
M

quas nuper dicebamus : idque vna cum ardentissimis desiderijs faciendi, & patendi propter eum. Verum tamen scire oportet, quod beneficium istud suavis ebrietas, non transit tam cito, ac donū scintillæ, eo quod magis cōquiescat in animo, scintilla enim tangit, ac præterit, esse & tamen illius aliquamdiu durat, & nonnunquā satis multum : At vinum conditum ipsummet cum suo effectu, diuturo satis tēpore permanere solet, qui est amor suavis in anima, vti dixi, & interdum durare solet vno aut altero die, nonnunquā pluribus diebus, quamuis non semper eodem gradu intentionis remittit siquidem, & crescit, absq; animæ cooperatione. Aliquoties .n. nihil ex se faciendo, sentit anima in penitissima substantia, spiritum suum suauiter incibriari, & inflammati hoc diuino vino, iuxta illud Davidis dicentis. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exarsit ignis.* huius ebrietas amoris, emissiones, nonnunquā tam diu permanēt, quam diu ipsa: alias enim tamen si in anima sit ebrietas prædicta, est tamen absq; dictis emissionibus, quæ cum adsunt, eo magis minusue intensæ sunt, quo magis, minusue intensa est ebrietas. Cæterum emissiones seu effectus scintillæ prope semper diutius perleuerant, quam ipsa, imo illos in anima relinquit, suntque ardentiores, quā ebrietas effectus: interdum enim hæc diuina scintilla, animam adustam, & ardentem amore relinquit.

*Discrimina
amantium
perfecto-
rum & in-
cipientium.*

Et quoniam mentionem fecimus concocti, seu defæcati vini, nō erit abs re hoc loco differentiā inter defæcatum vinum, quod vetustum vocant, & vinum nouum, succinēte notare: eadem quippe intercedit inter veteranos, & nouellos amatores: eritq; exiguum aliquod documentum pro personis spiritualibus. Vinum nouum nō habet fæces digestas, nec cōsistentes, vnde

exterius ebullit, neq; illius probitas, & prætiū cognosci potest, donec sufficienter fæces, & illarum furias concoxerit: interim enim maximo corruptionis periculo subiacer. Habet saporem crassum, & austerrum, cuius potus immoderate sumptus naturā corrumpit; cuius vigor in fæce maxime consistit. At vinum vetustum, seu defæcatum, fæcem concoctam, & consistentem habet, vnde nec illas externas ebullitiones, siue feruores vini noui habet, cuius bonitas, & valor manifestè cognoscitur, estque valde tutum à corruptione, eo quod iam cessauerint pristini feruores & ebullitiones fæcis, quæ ipsum potantem corrumpere: itaque raro accidit vt vinum bene defæcatum corrumpatur, & pereat. Gratum saporem, & vigorem in vini substantia, nō in gustu habet; vnde illius haustus confert valetudini, & naturam corroborat.

Nouelli amatores comparantur vino nouo (hi sunt, qui Deo seruire incipiunt) eo quod feruores vini amoris valde extrinsecus gestent in sensu, nondum enim digesserunt fæces sensus imbecilli, & imperfecti, amorisque sui vim in illis sapore sensibili repositam habent. His namque plerumque vires tribuit ad operandum, sapor sensibilis, eoq; mouentur: quare huic amanti multum fidendum non est, vique dum feruores illi sensibiles, cessant gustus sensus, cessauerint. Nam sicut isti feruores, & calor sensus inclinare possunt ad bonum & perfectum amorem, & esse medium opportunum ad eum consequendum: si imperfectionis illius fæces digerantur; ita etiā facili negotio in huius perimordijs, & saporum nouitate, deesse potest vinum amoris, & omnino deperdit. Porro isti amici noui, assidue arguantur, & sollicitantur stimulis sensibilis amoris, quibus

quibus expedit potum limphatum sumere, nam si multum operentur, prout vini feruor est, destruetur natura. Hæ anxietates, & sollicitudines amoris, sunt sapor noui vini, quod austerum, & crassum diximus, & nondum suauē redditū, in perfecta coctione: quod tunc fit, cū huiusmodi amoris anxietates, ac stimuli cessant, vt mox somus dicturi. Hanc eandem similitudinem adfert Ecclesiast. dum ait: *Vinum nouum, amicus nouus, vetera scet, & cum suauitate bibes illud.* Idcirco amici veterani, nimirum, probati iam, & exercitati in obsequio, sunt, instar vini vetusti, & defæcati, fæces concoctas habentis; hi enim, non habent feruores illos sensibiles, neque furias illas, & igneas ebullitiones extrinsecas, sed vini suauitatem gustant in substantia, decocti iam, & fæcati interius in anima: non quidem in sapore illo sensus, sicut amici noui, sed in substantia, & sapore spiritus, & veritate operis; neque intendunt istis saporibus, & feruoribus sensibilibus, nec eos gustare cupiunt: qui enim fundamentum gustus habet in sensu, plerumque etiam debet habere necessitudo in eodem sensu, pœnas, & amaritu-

dines. Quoniam vero, amantes hi veterani, non habent suauitatem spiritus, fundatam, & radicatam in sensu; propterea non amplius gerunt anxios stimulos, pœnalque amoris in sensu; neque in anima. Ideoque amici isti antiqui, mirum esset, si aliquando Deo sint infideles, eo quod iam subegerint, quod eos induceret ad deficiendum Deo, sensum, videlicet, inferiorem: habent insuper vinum amoris non tantum coctum, & expurgatum à fæce, verum etiam prædictis virtutum perfectarum aromatis conditum, quæ illud alterari, ac destrui nequaquam sinunt, sicut vinum nouum. Idcirco protulit Ecclesiast. *Amicum antiquum ne deseras, nouus enim non erit similis illi.* In hoc itaque vino amoris animæ probato iam, atque condito, efficit dilectus diuinam ebrietatem, iam dictam; quæ præfatas emissiones ad Deū transmittere facit. Sensus itaque istrum trium versiculorum, talis est: *Ad tactū scintilla, quo animam meam suscitās, & ad haustum conditi vini, quo eam amanter suauiterque inebrias; ipsa quoque transmittit ad te Emissiones, motus nimirum, ac ususque amoris, quos in illa producis.*

215
RCE

2
ica
T

CANTVS DECIMVS OCTAVVS.

CANCION XVIII.

SENSVS.

*En la interior bodega
De mi amado beui, y quando salia
Per tota aquesta vega
Tacofo no sabia
Lel ganado perdi que antes seguia.*

*In interiori cella vinaria
Dilecti mei bibi
Et quando exiui
Per totam hanc planitiem
Nihil ultra sciebam,
Gregemque amisi quem antea sequabar.*

EXPLA-

Refert in hoc cantu anima supernum beneficium sibi à Deo collatum, dum ad intimum amoris sui recessum, unionem videlicet, & transformationem amoris in Deum, ipsam intromisit: binos etiam effectus commemorat, quos inde percepit, obliuionem scilicet, & à rebus omnibus mundi huius abalienationem, necnon cunctarum appetentiarum, voluptatumque refragationem.

In interiori cella vinaria,

Rei postulabat difficultas, vt Spiritus sanctus apprehendens manum, calamm moueret, quo sic aliquid condigne diceretur de hac cella vinaria, fieretque perspicuum id quod anima hoc loco vult innuere. Hæc cella vinaria, de qua hic loquitur anima, est vltimus, ac ætissimusque gradus amoris, quem assequi potest in hac vita; Idcirco enim interiorē cellam vinariam appellat, nimirum, intimam; ex quo colligitur, alias, non adeo interiores cellas reperiri, qui sunt amoris gradus, per quos ad hunc postremum vique ascenditur. Possumus autem dicere gradus istos cellasque, amoris esse numero septem, qui gradus, seu cellæ tunc omnes habentur, cum septem Spiritus sancti dona perfecte possidentur, quatenus anima capax est illa recipere. Itaque cum anima perfecte consecuta est Spiritum timoris, perfecte etiam habet Spiritum amoris, in quantum timor ille, postremum inter septem dona sibilis est. Timor siquidem sibilis perfectus, oritur ex perfecto amore Patris: & sic quando scriptura diuina aliquem vult pronuntiare perfectum in charitate, Deum timentem vocat. Vnde cum Isaias Proph. Christi Domini perfectionem vaticinaretur dixit: *Replebit eum Spiritus timoris Domini.* Et Sanctus Lucas Sanctum Simeonem timoratum nominat his verbis: *Et erat vir iustus & timoratus,* & sic de multis alijs. Sciendum est autem plures esse animas, quæ perueniunt, & intrant priores cellas vinarias, singulæ

iuxta eam amoris perfectionem, quam habent. Cæterum ad hanc postremam, & intimam cellam pauca admodum perueniunt: ibi enim iam est perfecta unio animæ cum Deo, quam matrimonium spirituale appellant, de quo anima hic loquitur. Porro quod Deus communicat animæ in hac coniunctione, prope ineffabile est, & vix aliquid de eo dici potest, sicut neque de ipso Deo aliquid effari potest, quod ei simile sit. Siquidem ipse Deus sese animæ communicat, admirabili gloria transformationis illius in se, per quam vnū ambo efficiuntur, non sicut ac fenestra vitrea, & solis radius, aut carbis, & ignis, aut lux stellarum, & lumen solis, non tamen ita perfecto modo, ac in futura vita. Et sic vt significaret anima, id quod in cella illa vinaria unionis recipit à Deo, nil aliud dicit, nec, vt ipse arbitror, dicere poterat opportunius, vt aliquid de eo condigne enunciat, quam sequentem versum cantare.

Dilecti mei bibi.

Nam quemadmodum potus diffunditur, & spargitur per omnia membra & venas corporis, ita diffunditur hæc dei communicatio substantialiter in totam animam, seu potius anima magis transformatur in Deum: secundum quam transformationem potatur Deo suo, secundum suam substantiam, & potentias spirituales. Nam secundum intellectum bibit sapientiam, atque scientiam; & secundum voluntatem bibit amorem suauissimum: & secundum memoriam reficitur recita-

Cella vinaria quid sit.

Septem gradus amoris quando habentur.

Isai. 31. 3.

Luc. 2. 26.

riore & voluptate, in reoedatione, & sensu gloriae. Et quidem quod ad primum spectat, nimirum quod anima recipiat, bibatque substantialiter delectationem, fateatur ipsa in Canticis, in hunc modum:

Cant. 5. 6. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est: Sponsum loqui hoc loco, est se se animae communicare. Quod autem intellectus bibat Sapientiam, in eodem Cant. libro etiam asserit sponsa: ubi ad hoc vnionis ofculum cupiens peruenire; illud à dilecto enixe postulans ait: tibi me docebis, & dabo tibi poculum, ex vino condito, id est, docebis me sapientiam, & scientiam in amore, & ego vicissim dabo tibi haustum ex condito vino, hoc est, amoris meum conditum tuo, id est, transformatum in tuum amorem.

Quod ad tertium attinet, nimirum quod voluntas ibidem bibat amorem, fateatur etiam sponsa in praefato Cant. libro dicendo: *Introsiuxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me caritatem.* Quod idem est, ac dicere, amoris poculo me recreauit intromissam in suum amorem, vel clarius proprieque loquendo; ordinauit in me charitatem suam, mihi atque perans, & approprians eandem charitatem suam; quod est animam, eundem dilecti sui amorem bibere, dilecto illum infundente. Vbi animadvertendum est, circa id quod à nonnullis dicitur, non posse voluntatem amare, nisi quod prius intellectus cognoscit; debere intelligi connaturali modo: impossibile namque est, naturali via amare aliquid, nisi prius cognoscatur id quod amatur. Ceterum per viam supernaturalem, liberum est Deo amorem infundere, illumque augere, non infusa, neque superaddita distincta cognitione, & noticia, prout in allegatis Scripturae verbis significatur: quod experti sunt multi spirituales, qui multoties Dei amore ardere se vident, nulla habita clariori, magisque distincta

notitia, quam haberent prius: possunt enim parum cognoscere, & multum amare, & e contra possunt multum cognoscere, & parum amare. Imo plerumque illae personae spirituales, quae non adeo polent intellectu, solent circa res diuinas, voluntate alios antecellere: Quibus infusa fides per scientiam intellectus sat is est, qua mediante Deus illis infundit, & auget charitatem, & actum illius, quod est intentus amare, etiam si noticia non accrescat, prout diximus; & hoc modo potest voluntas amorem bibere, absque eo quod intellectus bibat nouam cognitionem. Quamuis in casu de quo loquimur, ubi anima dicit se bibisse de vino dilecti sui, omnes simul bibant, utpote quae sit vnio in intima cella vinaria, quae est vnio secundum triplicem animae potentiam, prout etiam tradidimus. Denique quantum pertinet ad quartum, quod scilicet anima secundum memoriam inibi reficiatur dilecto suo perspicuum est; quandoquidem illustrata sit lumine intellectus, memor bonorum quae possidet, quibusque fruatur in vnione dilecti sui. Haec portio diuina ita deificat, & extollit animam, & usque adeo per eam ipso Deo imbibitur, ut

Quando exhibam,

Hoc est, transacto hoc beneficio. quia vnus enim anima semper versetur in hoc sublimi statu matrimonij spiritualis, postquam in illo à Deo collocata est; non tamen semper est actu vnita Deo, secundum praedictas potentias, esto secundum animae substantiam, ex singularissimo quodam priuilegio, vnita sit: attamen in hac substantiali & gratuita animae vnione, saepenumero etiam vniantur potentiae, & bibunt in hoc cellario: intellectus cognoscendo, voluntas amando, &c. Cum itaque nunc anima dicit, & cum exhibam; non

D d d intel-

lis
ccc

ica
T

intelligitur ipsam egredi ab essentiali, seu substantiali vnione iā dicta, quam habet anima, quæ est status prædictus; sed intelligitur de vnione actuali potentiarū, quæ permanens non est, in præfenti vita, nec esse potest. Cum ergo ab hac potentiarum vnione exhibam:

Per vniuersā hęc planitiē

Id est, per totam hanc mundi amplitudinem.

Iam nil ultra sciebam.

Siquidem haustus ille Dei sapientiæ altissimi, quā ibi potata fuit, obliuiscit eam facit rerum omnium huius mundi, meramque ignorantiam fuisse videtur animæ omnia, quæ sciebat prius, imo quæcūque scit mundus totus, si cum illa sapientiā conferantur. Desiccatio quoque illa, mentisque in Deum eleuatio, qua veluti rapta, defixa, seu absorpta manet in amore, non permittit eam, rei alicui mundanæ attendere, vnde iure dicere potest: *Iam nil ultra sciebam.* Nā non solum à rebus omnibus, sed etiā à se ipsa remanet alienata, & in nihilum redacta. & quasi in amorem conuersa, & resoluta; quod est in amatum, à se ipsa transire. Hanc ignorantiam significauit Sponsa in Canticis, vbi postquam retulisset vnionē & copulam sui cū amato, addidit hoc verbū, *Nesciui*, id est, ignorauit. Huiusmodi anima parum se inferet in res alienas, siquidem etiam suarum obliuiscitur. Hęc porro spiritus Dei proprietates est, in anima quā inhabitat, quod eam è vestigio ad nesciendum inclinat, & ignorare facit extranea quæque, illa præfertim, quæ non concernunt ipsius profectum; & sic remanet in quadam rerum omnium inscitiā. Quod non est ita accipiendum, quasi ibi omnino amittat habitus scientificos, & notitias earum,

quas antea sciebat, etiam si in illa inscitiā perseveret; sed quod perdat actū & recordationem rerum omnium, in illa inhæfione, seu defixione amoris, idque duplici de causa: Prima, quia cum actu sit defixa, & inhibita in illo haustu amoris, nequit actu alteri rei intendere. Secunda causa: Nam transformatio illa in Deū, ita simplicitati, & puritati suæ eam conformat, & adaptat, vt nitidam, mūdā formisque omnibus & figuris pristinis vacuā relinquat. Sicut efficit sol in fenestra vitrea, quam infuso lumine exclare fecit facit, nec amplius videntur macule, pilule, qui prius apparebant in illa: at iterum amoto sole, & ab illa omnino recedente, mox iterum apparent nebule, & macule priores. At vero in anima cū effectus illius actus amoris, adhuc in illa maneat, & perseveret, aliquantisper etiā durat inscitiā, sicut diximus; quantum nimirum durat effectus, & reliquie illius actus, qui quoniam inflammat eam, & in amorem mutauit, exinanuit, & in nihilum redigit, circa illa omnia, quæ non sunt amor, & præter amorem, omnia nescientem effecit: iuxta illud Davidis supra citati: *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.* nam renum commutatio, propter hanc inflammationem cordis, est animam cum omnibus suis appetitibus in Deum, noua quadam ratione mutari, veteribus quibusuis indumentis, quibus pridem utebatur repulsis: proinde se ad nihilum redactam esse, & nesciuisse ait, qui sunt dō illi effectus, quos potum huius Dei celivinaris, efficere tradebamus. Etenim non modo redigitur in nihilum, primum illius scire, nihil illud æstimando, collatum, cum illa summa sapientiā; verum etiam tota illius antea cta vita, imperfectionesque rediguntur in nihilum, & re-

& vetus homo renouatur. Propterea subsequitur hic secundus effectus inde redundans, quemque Versus proximus complectitur.

Gregemque amisi quem sequebar.

Sciendum hic est, quod vsq; dum anima perueniat ad hunc statum perfectionis, de quo est sermo, quantumuis spiritalis illa sit, adhuc tamen perseverat in ea grex aliquis exiguus, appetituum, gustulorum, & aliarum propriarum imperfectionum, siue naturalium, siue spiritalium, quem pascere studet, dū illas insequitur, & adimplet. Nam circa intellectū, solent remanere imperfectiones aliquæ appetitus sciendi res. Circa voluntatem permittit se abduci à quibusdam proprijs gustulis, & appetētijs, siue in rebus temporalibus, exēpli gratia in reculis quibusdā possidendis, his potius, quā illis adhærendo; tū etiā in præsumptionibus, existimationibus proprijs, punctulisque honoris, super quæ se reflectit, & alijs nequijs, quæ mundum adhuc olent, & sapiunt: siue etiam circa naturalia exēpli gratia, cibū, & potum, hæc potius, quam illa gustando, & quæ potiora sunt seligendo, & desiderando. Siue tandem circa spiritalia, ver-

bi gratia, gustus, & dulcedines appetendo, aliaque similes ineptias, quas lōgum esset, ac planè infinitum recensere, quibus spirituales, nondum perfecti, præditi solent. Circa memoriam quoque habent varietates, sollicitudinesq; non paucas, & circumspeditiones, quæ ad rem non spectant, quæque animam trahunt post se. Habent præterea nonnunquam circa quatuor animæ passiones, spes, gaudia, dolores, timoresque multos inuiles, quæ anima insequitur. Porro de hoc dicto grege alij plus, alij minus participant, quem adhuc pascentes insequuntur, donec intimum hoc cellarium ad bibendum ingressi, gregem vniuersum amittant, in amorem, prout diximus, omnino transmutati: in quo cellario, citius absuntur, hi greges imperfectionum animæ, quam metallorum rubigo ab igne consumitur. Sicque anima, illis omnibus gustulorum, molestiarumque nugis, & ineptijs, quas insequeretur, liberam & expeditam se lentit, adeo vt merito affirmare possit. *Gregem quoque amisi quem sequebar.*

CANTVS DECIMVSNONVS.

CANCION XIX.

*Alli medio su pecho
Alli me en sena ciencia muy sabrosa,
Y yo le di de hecho
A mi sin dexar cosa
Alli le prometi de ser su esposa.*

SENSVS.

*Ibi vbera sua præbuit:
Ibi me scientia sapidissima erudit,
Et ego re ipsa illi dedi
Me totam, nihil referuando,
Ibi illius Sponsam me futuram promisi*

E Narrat in presenti Cantu sponsa, mutua[m] utriusque partis traditionem, Dei nimirum, & ipsius animæ, celebratam in hac spiritali desponsatione, inquit, in interiori illo cellario, per communionem sibi inuicem, coniunctos fuisse: sponsum animæ, amoris sui vbera ei exhibendo, ubi sapientia, & secretorum notitia eam instruxit: Et animam sponso, actu se illi tradendo, nil ultra in proprios aut alterius usus referuando, sed in perpetuum illius sponsam se futuram pollicendo.

Ibi vbera sua præbuit.

Præbere vbera alicui, est amorem, & amicitiam suam alteri communicare, & tanquam amico secreta cordis sui aperire. Itaque cum anima inquit, sponsum sibi vbera præbuisse, est idem, ac si diceret; quod ibi communicauerit ei amorem, & secreta sua; quod Deus præstat animæ in hoc statu, & insuper quod etiam dicit in Versu sequenti,

Ibi me scientia sapidissima erudiuit,

Sapida scientia, qua se hoc loco imbutam fatetur, est Theologia Mystica, quæ est Dei secreta scientia, quam spirituales Contemplationem vocat, quæque sapidissima est, utpote scientia per amorē, qui est præceptor illam docens, omniaque suaui reddens. Quia verò Deus hanc illi scientiam, & intelligentiam confert in amore, quo se animæ communicat; propterea est intellectui suavis, cum sit scientia ad ipsum spectans: est etiam voluntati sapida, cum sit scientia amoris ad voluntatem pertinentis, & statim subdit:

Et ego re ipsa dedi illi.

Me totam nihil reseruando.

In potu illo Dei suavi, quo iuxta superius tradita, imbibitur anima in illo, libentissime suauissimeque se totam tradit Deo, cupiens esse illius, nec aliquid in se vnquam habere, quod illi dedecet, Deo in

illa operante nitorem & perfectionem ad hoc requisitam: etenim quatenus eam se transformat, totam suam facit, & quicquid à Deo alienum habebat, euacuat. Hinc fit, ut non tantum secundum voluntatem, sed etiam re, & opere, actu Deo tota tradita sit, sicut Deus voluntati se ipsum illi dedit: a deo ut ambæ illæ voluntates satisfactæ, & inuicem traditæ sint, & contentæ; ita ut neutra alteri in aliquo defutura sit: sed in fide, & constantia desponsationis iugiter permanens, ideoque eam addit illa, dicens:

Ibi sponsam illius me futuram promisi.

Nam quemadmodum sponsa, amorem, sollicitudinem, & operationem suam in alium non impendit, quam in sponsum suum: ita similiter anima in hoc statu, neque habet ultra affectus voluntatis, neque intellectus notitias, neque sollicitudinem, neque opus aliquod, quin omnia in Deum, vna cum appetitibus, propendeant. Est siquidem prope diuina, & Deificata, adeo, ut etiam primos motus (quantum ipsa assequitur) Dei voluntati repugnantes, non patiantur. Quemadmodum enim anima minus petita, sæpe sæpius habet primos motus, secundum intellectum, voluntatem, & memoriam, & secundum appetitus, ad malum, & imperfectionem, propensos: ita anima quæ in hoc statu versatur, secundum intellectum, voluntatem, & memoriam, appete-

appetentiaſque, in ſubitaneis eorum motibus, regulariter mouetur, & inclinatur in Deum, idque ob copioſum auxilium, & ſtabilitatem, quam acquiſiuit in Deo, & perfectam cōuerſionem ad bonum, Quæ omnia præclare ſignificauit Dauid, cum de anima ſua in hoc ſtatu conſtituta loquens dixit: *Nonne Deo ſubiecta erit anima*

mea: ab ipſo enim ſalutare meum, nam & ipſe Deus meus, & ſalutaris meus, ſuſceptor meus, non mouebor amplius. in eo enim quod ait, ſuſceptor meus, indicat, quod ex eo quod anima ſua in Deo recepta, illique vnita ſit, qualem hic eam depingimus, non eſſet amplius ſubitaneos motus, Deo aduerſantes habitura.

CANTVS VIGESIMVS.

CANCION XX.

*Mi alma ſe ha empleado
Tudo mi caudal en ſu ſeruiçio
Tano guarado ganado
Niya tengo otra ofiçio
Que ya ſolo en amar es mi exercicio.*

SENSVS.

*Anima mea ſeſe impendit,
Totaque ſubſtantia mea illius obſequio,
Non vltra gregem cuſtodio,
Nec alio fungor offiçio,
Nam ſolum amare eſt meum exercitium.*

DECLARATIO.

Cum in proximo Cantu dixiſſet anima, ſeu potius Sponſa, totam ſe dediſſe Sponſo, nihil ſibi reſeruando: nunc in præſenti tradit rationem, & modum, quem obſeruat in ſoluenda fide, & promiſſis adimplendis, inquiens, animam, corpus, & potentias, & vniuerſam habitatem ſuam iam eſſe impenſam, non quidem in eis rebus, quæ proprium commodum concernunt: ſed in his quæ ſpectant ad obſequium Sponſi ſui. Ideoque ſe non amplius priuata lucra quærere, neque poſt lubentias ſuas abire, neque alijs rebus, & actionibus Deo indignis, & alienis occupari: quin imo etiam, cum ipſomet Deo alium ſtylum modumque agendi non habere, quam amoris exercitium: eo quod, vt paulo poſt dicitur, vitæ ſuæ ratio conuerſa ſit, ac permutata in amorem.

Anima mea ſeſe iam impendit.

In eo quod ait animam ſuam ſeſe impendiſſe, designat traditionem ſui, dilectioſam, in illa vnione amoris, vbi anima, cum vniuerſis ſuis potentijs, intellectu, memoria, & voluntate dicata, & mancipata fuit illius obſequio: intellectus hæc rebus cognofcendis, quæ illi gratiores

ſunt, vt eas opere perficiat; voluntas in amando id omne quod Deo placet, eamque in rebus omnibus ad Deum inclinando. Et denique memoria, in cura, & ſolicitudine eorum, quæ ad illius faciunt ſeruitium, quæque illi magis ſunt placitura: & addit præterea.

Totaque ſubſtantia mea illius obſequio.

Ddd 3

Totius

Totius substantiæ appellatione, exprimit hoc loco, quidquid pertinet ad partem animæ sensitivam; quam etiam illius officio dicatam esse ait, sicut & partem rationalem siue spirituales, de qua in præcedenti versu loquuti sumus. Porro hæc portio sensitiva, complectitur corpus, cum omnibus suis potentijs, & sensibus, tam internis, quam etiam externis; designatur præterea in hoc versu, tota habilitas naturalis, & rationalis, ut explicauimus; videlicet, quatuor passiones, appetitus naturales, & spirituales, & reliqua animæ substantia: quæ omnia obsequio illius mancipata esse ait. Corpus siquidem, iam nunc tractat secundum Deum: internos, externosque sensus regit, & gubernat secundum Deum, illorumque actiones ad eum dirigit; quatuor passiones in Deum etiam præcinctas habet, non enim gaudet nisi in Deo, nec in alio spem habet quam in Deo, nec alium præter Deum timet, neque dolet nisi secundum Deum. Appetitus, desideria omnia, omnesque sollicitudines illius, in Deum solummodo tendunt. Vniuersa hæc substantia, ita Deo consecrata est, ut etiam absque animaduertentia animæ, omnes, & singulæ partes enumeratæ huius substantiæ, ut plurimum, in subitaneis, & inopinatis motibus, propensa sint, ad operandum in Deo, & propter Deum. Intellectus namque, voluntas, & memoria, protinus in Deum tendunt: affectus quoque sensus, desideria, appetentiæ, spes, & gaudium, totaque substantia, ad Deum sunt propensa. Esto, ut dixi, anima non animaduertat se operari propter Deum. Vnde huiusmodi anima sæpenumero operatur propter Deum, in eumque, & in res illius intendit, non cogitando, neque reflectendo, quod propter eum id fa-

Tota anima substantia ad Deum absque ulla reuerentia propendet.

ciat. Habitus enim, & consuetudo, quam ita se gerendo acquisiuit, tali aduertentia, & solitudine carere faciunt; imo etiam feruentioribus actibus sensibilis deuotionis, quos initio operum elicere solebat, eam priuat. Iam vero quoniam vniuersa hæc substantia, modo explicato, Deo consecrata est, necessario etiam habere debet animam id, quod in sequenti versu dicit; nimirum,

Non ultra gregem custodio.

Quod tantum dem est, ac si dicatur, non insequor amplius meos appetitus, & gustus: cum enim illos in Deo collocauerit, eique tradiderit, non ultra illos sibi anima pascit, & custodit: nec solum asserit se ultra non custodire gregem, sed vterius, inquit,

Nec alio fungor officio.

Multa officia, & munia inutilia habet anima, priusquam hanc donationem, & traditionem sui, suæque substantiæ, faciat dilecto. Quotquot enim imperfectionum habitus habebat, tot illam officio habuisse affirmare possumus, qui habitus versari possunt circa verba, cogitationes, & opera, quæ ex praua consuetudine, habituque contracto, non prout oporteret ordinate, ad perfectionem, usurpat: circa quæ nunquam deest animæ aliquod vitiosum munus, quod nunquam superat, vsque dum totam substantiam suam serio in Dei obsequium informat. In quo statu, prout explicarum est, verba omnia, cogitationes, & opera diuina sunt: iam enim cessauit remunerandi, alteriusue imperfectionis officium, cum in verbis, tum in reliquis potentijs: Sensus itaque versus hic est: non amplius occupor, aut immoror, consuetudine aliqua vitiosa, non ultra oblectamentis, rebusque mundanis indulgeo. Nam

*Nam solum amare est me-
um exercitium.*

Ac si diceret; iam enim has vniuersas
potentias & habilitatem substantiæ, ani-
mæ & corporis mei, quæ pridem inuti-
libus quibusdam rebus impendebam,
iam, inquam, in exercitium amoris con-
uertid est, tota animæ, & corporis mei
aptitudo ex amore mouetur, dum quic-
quid ago, ex amore facio, & quicquid
patior, ex amore sustineo. Porro notan-
dum nunc est, quod cum anima ad hunc
statum peruenit, totum exercitium por-
tionis spiritualis, nempe animæ, & por-
tionis sensitivæ, nempe corporis, siue a-
gendo, siue patiendo, quomocunque
tandem sit, maiorem semper ei amorem,
& delitium in dilecto efficit: quin imo
ipsum orationis exercitium, Deique
commercium, quod hætenus versari so-
lebat circa alias considerationes, & mo-
dos, iam nunc in amoris exercitium con-

uersum est. Itaque siue conuersatio animæ
versetur circa temporalia: siue illius exer-
citiū sit circa spiritualia, & conuersationem
cum Deo, iure affirmare potest talis
anima:

*Nam solum amare est me-
um exercitium.*

Fælix status, fælix vita, fælix denique
anima, quæ eo peruenit, vbi omnia illi
sunt amoris substantia, & desponsationis
delitiæ: in quibus constituta Sponsa, vere
potest dicere Sponso verba illa, quæ aliàs
in Canticis eum alloquuta vsurpauit, di-
cens: *Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi,* Cant. 7:13
seruavi tibi: quasi diceret. Dilecte mi, quid-
quid asperum, & laboriosum est, volo
propter te: & quidquid dulce, & suaue est
cupio tibi. Verum germanus huius versus
sensus etiam talis est: quod scilicet anima
in hoc statu desponsationis spiritualis, vt
plurimum versatur in vnione amoris, quæ
est cõmunis assistentia voluntatis in Deo.

CANTVS VIGESIMVS-

P R I M V S.

CANCION XXI.

SENSVS.

*Pues ya si en el exido
Deo yas no suere vista ni ballada
Dixijs, que me he perdido
Que andando enemorada
Me haze perdidiz a y fui genada.*

*Si ergo deinceps in prato
Visa non suero, nec inuenta,
Dixite me perisise,
Nam cum arderem amore,
Sponte perij, sed fui lucrifacta.*

DECLARATIO.

Respondet in hoc Cantu anima, tacitæ cuidã obiurgationi hominum mundano-
rum, qui prout illis moris est, notare solent eos, qui serio vacant Deo; quod nimis
abstra-

B.
Joanni
a Cru

Oper
myst
N
12

Qua ra-
tione ani-
ma in hoc
statu seip-
sam per-
dat.

abstracti, & extraxi sint in modo agendi; unde inutiles reputant & perditos, quantum ad ea, quae mundus aestimat, & magnificat. Cui reprehensioni optimo sane modo satisfacit hoc loco anima, libentissimeque sese opponit huic, caeterisque omnibus, quae sibi mundus potest imponere, id omne, postquam ad amoris medullam peruenit contemnendo: quin imo se ipsam aestimat, & gloriatur, quod talia propter dilectum praestiterit; unde sponte illa fatetur in hoc cantu, mundi amatores allocuta in hunc modum: Quod si posthac pristinas consuetudines, & oblectamenta frequentantem non videant, illis se perijsse, & ab eis elongasse dicant, idque tam sibi gratum esse, ut sponte hoc modo petire voluerit, amatum suum requirendo per virtutum opera, illius amore succensa. Vt autem perditionis suae lucrum videant, nec insipientiae, aut deceptionsi (prout ipsi perperam iudicantes, patant) id adscribant, hanc sui amissionem, lucrum suum fuisse ait: ideoque ex indultis perditam, & erabundam se ipsam fecisse.

*Si ergo deinceps in prato,
Nec visa, nec inuenta fuero.*

Pratum vulgo appellatur, locus quidam communis, quo solet continere populus solarii & recreationis gratia; ubi etiam pastores pascunt pecora sua: & sic prati appellatione, designat anima hoc loco mundum, in quo homines saeculares habent oblectamenta, & conversationes suas, & pascunt greges suorum appetituum. Vbi alloquitur anima saeculares homines dicendo, quod si non fuerit visa, nec inuenta vacare his rebus, prout solebat, antequam se totam Deo dicaret, eo ipso se his omnibus perijsse credant, & dicant; siquidem summopere laetatur ex eo cupiens ut divulgetur, & innotescat, dum ait:

Dicite me perijsse.

Non erubescit coram saecularibus, qui Deum amat de operibus gratia illius, praestitis, neque ob pudorem illa occultat, tamen si uniuersus mundus illa debeat condemnare. Qui enim erubuerit coram hominibus confiteri Filium Dei; opera sua intermittendo, idem Dei Filius, ut per S. Lucam ipse testatur, erubescet confiteri eum coram Patre suo. *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filium hominum erubescet cum*

Luc. 9. 26

venerit in maiestate sua, & Patris, & Sanctorum Angelorum. Et propterea anima erecta amoris animo potius gloriatur ut ad dilecti sui laudem innotescat, quod tale opus ob amore ipsius praestiterit: quod feliciter, ceteris rebus, mundi huius perierit: & ideo ait:

Dicite me perijsse.

Insignem hanc, adeoque perfectissimam audaciam, & deliberationem in operando, pauci ex spiritualibus assequuntur. Quamvis enim nonnulli illa tentent, & exerceant; quin imo eorum aliqui se valde prouectos putent; nunquam tamen omnino se ipsos perdunt, quia deo nulla puncta, siue respectus mundi, & naturae, quo sic pure perfecteque propter Christum operentur, nullo habito respectu, quid alij dicant, quidue illi iudicabunt. Unde qui huiusmodi sunt, reuerentia non poterunt; *Dicite me perijsse.* Equidem cum sibi ipsis nec dum perierint in operando, & adhuc erubescant Christum opere confiteri coram hominibus, propter inanes respectus: vere in Christo non viaunt.

Nam cum amore arderet.

Id est, quia virtutes operando, Deo amore succensa eram,

Perij sponte sed sui lucrifacta.

Verus amator, confestim in cæteris omnibus sui dispēdiam facit, vt magis se ipsum lucretur, in eo q̄ amat. Et propterea ait nūc anima, quod se ipsam perdidit, quod est, ex industria se ipsam perdere: idque contingit dupliciter. Primo perdendo se ipsam, nullam sui rationē habendo in re aliqua, sed tantum Dilecti sui; gratuito sele tradendo illi, absque propriæ utilitatis intuitu, sponte perdēdo se ipsam, nec vlla in re lucrari volendo. Secundo, pereundo rebus omnibus, nibili faciēdo, quæ sua sunt, sed ea solum, quæ concernunt amatum; & hoc est, petire rebus omnibus, id est, cupere, vt alij eas lucrentur. Talis est fidelis amator Dei, qui nec lucrum præterdit, nec præmium; sed tantum omnia, etiā se ipsum, voluntarie perdere propter Deum, quod proprium lucrum reputat. Ecclane ita est, iuxta D. Pauli dictum, *Mori lucrum*, hoc est, meum mori pro Christo spiritualiter rebus om-

nibus, etiā mihi ipsi, meum lucrum est; & propterea anima dicit *sui lucrifacta*. Qui enim se ipsum perdere nescit, se non lucretur, imo se perdit. Que madmodum *Mat. 16.* Dominus nolter ait in Euangelio: *Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam; qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam*. Quod si prædictum verum magis spiritualiter velimus intelligere, magisq; ad præsens institui; sciendum est, quod cum anima in via spirituali, eo vsque deuenit, vt se ipsam perdidit, in conuersatione, & commercio cum Deo, quoad modos omnes, & vias procedendi naturales; nec deinceps illum quærit per considerationes, formas, aut sentimenta, aut per alia quæuis media creaturarum, & sensus: sed hæc omnia & quemuis alium modum, & rationem propriam supergressa, agit cum Deo, eoque perfruatur in fide, & amore; tunc dicitur verò Deo lucrifacta: eo quod se ipsam perdidit circa omnia, quæ non sunt Deus.

CANTVS VIGESIMVS.

SECUNDVS.

CANCION XXII.

SENSVS.

De flores y esmeraldas
En las frescas mannanas escogidas
Haremos las guarnaldas
En tu amor florecidas
I en vn cabello mio entretecidas.

Ex floribus & smaragdīs
Primo manē selectis
Serta conficiemus
In amore tuo florentia,
Et in vno capillo meo intertextā.

DECLARATIO.

In hoc cantu iterum Sponsa alloquitur Sponsum in cōmunicatione & delitijs amoris, vbi agit de solatio & delectatione, quam anima sponsa, & Dei filius percipiunt ex possessione diuitiarum, virtutum & donorum vtrique communium, earumque recepto exercitio, promiscuē fruendo illis, in cōmunicatione vniōnis amorosæ.

Ecc

Propter.

EXPLANATIO

Propterea enim loquens cum Sponso ait: ferta pretiosa se facturos ex donis & virtutibus, iucundo & opportuno tempore acquisitis & paratis, condecoratis etiam & venturatis in amore, quo ille ipsam prosequitur; custoditis & suffultis amore, quo ipsa illam deperit. Idcirco hanc virtutum fruitionem, ferta ex eis conficere vocat: nam uterque simul, cunctis illis, instar florum in ferta, potitur in amore communi quo se invicem prosequuntur.

Ex floribus & smaragdis.

Flotes sunt animæ virtutes; smaragdi verò sunt dona, quæ habet à Deo: ex his ergo floribus & smaragdis,

Primò manè selectis.

Hoc est: acquisitis & paratis in adolescentijs & florèti ætate, quæ sūt auræ matutine ætatem: quas virtutes ait esse selectas, quia virtutes, quæ hoc iuventutis tempore acquiruntur, selectæ sunt, Deoque valdè acceptæ; eo quod iuventutis tempore, maior sit ex parte vitiorum repugnantia ad cõparandum illas; & ex parte naturæ maior pronitas & promptitudo ad easdè perdendas, tum etiam, quia dum hac florenti ætate colligi incipiunt, longè perfectiores parantur, suntq; selectiores. Has porrò adolescentias, auras matutinas vocat; nam sicut amœnitas matutina tempore veris gratior est cæteris diei partibus, ita gratior est corâ Deo virtus in adolescentiâ. Potest etiã matutina aura designare act⁹ amoris quibus acquiruntur virtutes, qui proculdubio gratiores sunt Deo, quâ sit grata filiis hominû aura matutina. Designat etiã aura matutina opera facta cû ariditate & renitentia spiritus, quæ exprimuntur per aurâ brumalem matutinam hyemis: quæ opera propter Deû facta cum siccitate & difficultate spiritus, valdè ab illo æstimantur: quoniã in illis maximè conquiruntur virtutes & dona, quæ autè hoc modo & cum labore parantur, selectiores, excellentiores, solidioresq; sunt, quâ si acquirantur vento propitio & spiritus suavitate. Virtus enim in ariditate, difficultate, labore & rætatio-

Virtutes in adolescentia Deo gratia.

ne agit radices, quemadmodum Deus dixit D. Paulo his verbis: *Virtus in infirmitate perficitur*, ac proinde ad commendandam excellentiam virtutum, ex quibus corona pro dilecto confici debent, benè apteque dictum est,

Matutina aura selectis.

In his enim duntaxat floribus & smaragdis virtutum & donorû selectiorum perfectiorumq; valde sibi cõplacet amarus, non verò in imperfectis; & idcirco ait hoc loco anima Spõla, quod ex istis floribus ipsi Sponso.

Fertâ conficiemus.

Ad cuius intelligentiã sciendum est, quod oēs virtutes & dona, quæ anima & Deus in ipsa acquirunt, sunt instar coronæ ex rijijs floribus textæ, qua mirum in modum tanquã indumento pretioso & vario decoratur, ut autè hoc melius percipiatur, animaduertendû est, quod sicut materiales flores, quãdo decerpuntur, sigillatim connectuntur in ferta, q; ex illis conficitur, eodè plane modo, cû flores spirituales virtutum & donorû cõparantur, collocantur in anima: quibus iam adeptis fertû quoq; perfectionis absolutum est, quo exornati & cõdecorati, Sponsus simul & anima cõgredient & delectantur tanq; in statu perfectionis. Hæc sunt ferta, quæ se facturos ait, q; est cingere & redimire se diuersis floribus & smaragdis virtutum & donorû perfectiorû, ut hoc formoso pretiosoq; ornamento decorata anima, ante faciè Regis condigne cõpareat, eiq; cor quasi mereatur, ad latus ipsius instar Reginæ cõstituta, vtpo-

B.
Joan
a Cru

Oper
myst
NI
12

te quæ tali honore digna sit ob pulchritu-
 dinis suæ varietatē. vnde Dauid Proph. cū
 14. 10. Christo loquens in hoc casu dixit: *Astitit*
Rogna à dextris tuis, in vestitu deaurato, circū-
data varietate: quod tantum dē est, ac dice-
re, astitit à dextris tuis, perfecto amore a-
miçtā, & circumdata varietate donorū &
virtutum perfectarū; & non ait, ipsa sola
serta neçtā, neq; tu solus illa facies: sed am-
bo simul; quoniā nequit anima sola ope-
rari & adipisci virtutes, absq; Dei auxi-
lio; neq; et illas solus Deus operatur in a-
 14. 17. *nima absq; cooperatione ipsius: Nam*
etū verum sit, quod dixit D. Iacob. Omne
datum optimum, & omne donum perfectum, de-
sursum est descendens à Patre luminum. nihil o-
minus id ipsum non recipitur absq; ha-
bitate & cooperatione animæ recipientis.
 Hinc Sponsa in Canticis cum Sponso
 locuta dixit: *Trabe me post te, curremus &c.*
 Itaque motus in bonum à solo deo venire
 debet, sicut hoc loco indicat; de cursu ve-
 ro non dixit quod ipse solus, vel sola ipsa
 cureret; sed ambo curremus, quod est
 Deum & animam simul operari. Versicu-
 lus iste appositè satis intelligitur de Ecce-
 lesia & Christo, in quo Ecclesia Sponsa lo-
 quitur cum ipso, dicens:

Serta conficiemus.

Sertorum metaphora designat oēs a-
 nimas sanctas, regeneratas per Christū in
 Ecclesia, quarum singulæ sunt in star coro-
 næ, floribus virtutum & donorum exor-
 natæ, & simul omnes sicut sertum & corona
 vna capiti Sponsi Christi imponenda.
 Possunt etiam decoraserta hæc designare
 eas, quæ alio nomine laureolæ nuncupan-
 tur, etiam in Christo & Ecclesia contextæ,
 suntq; in triplici differentia. Primum sertū
 est ex candidis pulcherrimisq; floribus o-
 mnium Virginū quælibet seorsim sua lau-
 reola virginittatis, & oēs simul erunt lau-

reola vna imponenda capiti Sponsi Chri-
 sti Domini. Secunda laureola est ex fulgē-
 tib. & coruscantibus florib. SS. Doctotū
 quilibet sua decoratus laureæ a & simul
 oēs erunt laureola vna imponenda capiti
 Christi, supra laureolā Virginum. Tertia
 denique laureola est ex rubescentibus ca-
 ryophyllis Martyrum, vnusquisq; etiam sui
 laurea Martyrij, & omnes simul erunt
 laureola vna pro coronide laureolæ Spōsi
 Christi: quo triplici sertō redimitus, adeo
 speciosus & decorus apparebit Christus
 Sponsus, quod de ipso cantabitur in celo
 illud, quod Sponsa in Canticis cecinit di-
 cendo: *Egydimini & videre filia Sion Regem*
Salomonem in diademate, quo coronauit illum
mater sua in die desponsationis illius, & in die
lætitiæ cordis eius; Hæc itaque sertā, ait
 Sponsa, conficiemus

In amore tuo florentia.

Flos operum ac virtutum, est gratia, &
 virtus quam habent ab amore Dei, sine
 quo, non modo non efflorent, verum
 etiam omnes aridæ essent, & nullius valo-
 ris apud Deum, etiamsi humano modo
 perfectæ essent. At quoniam ipse gratiam
 & amorem largitur, propterea opera illi-
 us sunt amore florentia.

*Et in vno capillo meo inter-
 texta.*

Hic animæ capillus est voluntas, & a-
 mor ipsius erga dilectum, qui amor idem
 proflus munus subit in anima, quod filum
 in serico. nō quemadmodū filum illaqueat
 & irretit flores in serico; ita amor illaqueat
 & irretit virtutes in anima, & in ipsa su-
 stentat. Etenim vt Diuus Paulus affirmat
 charitas est vinculum perfectionis: *Charitatem habete, quod est vinculum perfe-*
 14. *ctionis.* Itaque in hoc animæ amore ita

Ecc 2 necol-

ris
ccc
a
ca
v

Cant 3. 14.

Amor Dei
capillus a-
nima.

Colof. 3. 14

necessario prehensæ sunt virtutes & dona supernaturalia, quod si infringeret per recessum à Deo, quamprimum etiã dissolueretur, & abessent oēs virtutes: ab anima sicuti fracto filo ferti flores dilaberentur. Non igitur satis est, si Deus nos diligit, ad hoc vt virtutes nobis donet; sed etiam requiritur, vt nos eum vicissim amemus, quo sic eas recipiamus & conseruemus. Capillum vnicum dixit, non plures, vt denotaret, quod voluntas sua illi soli adhæ-

reat, à cæteris omnibus crinibus a uulsa, id est, extraneis, & peregrinis amoribus. Quo encomio optime commendat, & exaggerat valorem & æstimationem istorum lektorum virtutum, cum enim amor solus & solidus est in Deo, qualis est quem anima hîc describit; etiam virtutes perfectæ, expolitæ admodum & floridæ sunt in Dei amore. amor enim, quo tunc sponsus animam diligit, inæstimabilis est, prout ipsa in sequenti cantu significat.

CANTVS VIGESIMVS- TERTIVS.

CANCION XXIII.

SENSVS.

En solo aquel cabello

In illo solo crine

Que en mi cuello bolar consideraste

Quem in collo meo volare considerasti.

Mirástele en mi cuello

In collo meo illum aspexisti,

I en el preso quedaste

Et in eo vinctus fuisti

I en vno de mis ojos te llagaste.

Et in vno oculorum meorum es plagatus.

DECLARATIO.

TRia vult significare anima in hoc Cantu; Primum, quod amor ille, quo sunt connexæ virtutes, non sit alius, quam amor fortis, reuera enim oportet talis sit, vt illas conseruet. Secundo ait, maximè Deo placuisse crinem hunc amoris, dum vnicum & fortem conspexit. Tertio denique asserit, quod arctissimè Deus adamauerit eam, fidei suæ nitorem & integritatem intuitus: ait itaque in hunc modum:

In illo solo crine

*Quem in collo meo volare
considerasti.*

Collum fortitudinem indicat, in qua volitare ait capillum amoris, quo sunt intertextæ virtutes, qui est amor fortis. Non enim satis est, vt sit solus & vnicus ad conseruandum virtutes; sed requiritur etiam, vt sit fortis ne aliquod vitium contrarium, ex aliquo ferti perfectionis latere consurgens, illum valeat disrumpere. Tali quippè ordine connexæ sunt virtutes, hoc crine amoris animæ, quod si in earum aliqua dif-

rumperetur; protinus, vt diximus, oēs deficerent. Nam quem admodum, vbi vna virtus est, reliquæ oēs ad sunt, ita etiã vbi defest vna, cæteræ oēs defunt. Ait porro quod volaret in collo capillus iste: quia in fortitudine animæ, quæ est ipsius collum, amor iste ad Deum fortissime celestissimeque volat, nec cunctatur alicubi: & sicut in collo vntus agit & volitare fuit capillum, sic etiã Spir. S. aura mouet & agit amorè fortè, vt volatibus feratur in Deum. Equidè nisi hæc aura diuina moueat potètijs ad exercitium diuini amoris: virtutes nõ operantur, etiam si sint in anima. Cũ verò ait, quod dilectus considerauit capillum hunc in collo

collo volitare, denotat, quantopere Deus cupiat amorem fortem ac celerem in operando; considerare enim est attentè & singulari quadam æstimatione aspicere. Amorem fortem Deus maximè attendit.

In collo meo illum aspexisti.

Hoc ideò asserit, vt significaret, quod non solum Deus magnificerit & æstimaverit fortem hunc amorem animæ, sed quod etiam illum amaverit, dum fortem conspexit; nam Dei aspicere, Dei amare est, sicut etiam considerare Dei est rei pretium æstimare & notare. Repetit autem in hoc versu collum, dicens, in collo meo illum es intuitus, quia sicut diximus, hæc est ratio, cur illum amaverit, nempe quia fortem illum vidit. itaque idem est, ac si diceret: eum amasti videndo fortem absque pusillanimitate & metu, solum & à quovis alio amore discretum, velociter ac ferreenter volantem: vnde sequitur.

Et in eo vinctus fuisti.

Orem omni acceptatione gaudioque dignissimam! Deum crine vno vincti! cuius tam pretiosi vinculi causa est, Dei aspicere, quod (iuxta ea quæ diximus) est nostrum infimum & abiectum esse amare. nisi enim ipse propter suam infinitam misericordiam nos prior aspiceret & amaret, vt ait D. Ioannes, & sese ad terram vsque demitteret, nullam in eo ageret prædam volatus capilli amoris nostri: nõ enim adeò sublimiter volaret, vt diuinum hunc alitem in altissimis apprehenderet. At verò quoniã ipse sese ad nos aspiciendum, & volatũ nostrum attollendum abiecit, amori nostro valorem impertiendo; propterea se ipsum capilli volatu vinxit, hoc est, sibi in illo complacuit, & ideo vinctus fuit; & hoc significat.

In collo meo illum aspexisti.

Et in eo vinctus fuisti.

Vnde credibile est, quod auis non adeò sublime volans, aquilam Regiam licet sublimiter volantem, apprehendat, si ad inferiora descendat, & sponte præda fieri velit.

Et in vno oculorum meorum es plagatus.

Oculus hoc loco fidem designat, quem vnicum esse, & in eo dilectum plagatum fuisse ait: etenim nisi fides & fidelitas animæ erga Deum esset vnica, sed alio quovis respectu aut officiositate permixta, non pertingeret eò, vt Deum plagaret amore: vnde vnicus debet esse oculus, quo plagatur dilectus, sicut etiam vnicus capillus, quo vincitur. Porò tam est intimus amor, quo Sponsusprehenditur, in hac vnica, quam in Sponsa videt, fidelitate, vt si capillo amoris ipsius ligabatur, oculo fidei illius, tam indissolubili vinculo constringatur, vt amoris plaga ex tenerimo affectu, quo erga eam fertur, in ipso resulter. Hoc idem de crine & oculo dicit Sponsus in Cant. loquens cum Sponsa his verbis: *Vulnerasti cor meum soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Vbi bis repetit, vulnerasti cor meum, oculo videlicet, & crine. Ac proinde anima in dicto cantu vtriusque meminit, quasi acceptum referens & gratias agens dilecto pro munere tam insigni, tum etiam vt congaudeat & collætetur ob felicem & fortunatam sortem suam; quod nimirum amatus in ipsa sibi complacuerit: vnde totum illi ascribit anima in cantu sequenti, dicens.

Fides oculus anima.

Cant. 4. 9.

CANTVS VIGESIMVS
QVARTVS.

CANCION XXIV.

SENSVS.

Quando tu me mirauas
Tu gracia en mi tus ojos imprimien,
Por esso me adamauas
I en esso merecian
Los mios adorar loque enti Veian.

Quando me aspicias
Gratiam tuam in me tui oculi imprimebant,
Idcirco me adamabas
Et in eo merebantur
Mei oculi adorare, quod in te cernebant.

DECLARATIO.

Veni amoris proprietas nihil sibi, omnia amato ascribere.
PRoprium est perfecti amoris, nihil admittere aut sibi assumere, nihilque sibi arrogare velle, sed omnia amato ascribere. & siquidem hoc etiam in amoribus terrenis reperitur, quanto magis in amore diuino, vbi tantopere id faciendi videtur rationis. Quapropter cum in antecedentibus canticis Sponsa sibi aliquid vendicare visa sit, vbi putat, quod ipsa vna cum dilecto serua conueneret, & quod crine suo texeretur, quod sane opus non parui est momenti & pretij: tum etiam quod deinceps afflatur & gloriatur Sponsam in vno crine suo ligatam, & in vno oculorum plagatam fuisse, vbi magna sibi merita tribuisse visa est. Propterea in presenti cantu cupit mentem suam explicare, & deceptionem, quae ibi latere posset, abolere, verita & sollicita, ne sibi meritum aliquod ascriberetur, atque adeo minus Deo tribuatur, quam illi deberetur, ipsaque desiderat. Proinde totum illi attribuens, simulque acceptum referens ait: Idcirco amoris sui crine eum fuisse ligatum, & oculo fidei suae plagatum, quia amice & beneuole aspiciere eam dignatus sit, quo aspectu gratam sibi gratiosamque effecit, nec non, quod per hanc gratiam & virtutem ab eo acceptam, amorem ipsius animique robur promeruerit, vt gratè adoraret dilectum suum & opera illius gratia & amore condigna praestaret.

Quando me aspicias.

Nimirum amoris affectu, diximus enim, quod aspiciere Dei, hoc loco sit idem, quod amare.

Gratiam tuam in me tui oculi imprimebant.

Sponsi oculi hic expriment illius misericordiam diuinitatem, quae dum propi-

ta sese ad animam inclinat, amorem suum & gratiam in illam infundit & imprimit, qua ita eam decorat & extollit, vt suae diuinitatis consortem efficiat. Videns autem anima dignitatem & celsitudinem, in qua à Deo constituta est, ait:

Idcirco me adamabas.

Adamare, est vehementer amare, est

amplius quam simpliciter amare, est quasi dupliciter amare, hoc est, duplici titulo seu ratione amare. Et sic in hoc Versu indicat anima duplex motuum & causam amoris, quo dilectus in eam fertur, quibus per motus non solum eam amabat crine colli ipsius reuinctus, sed etiam adamabat eiusdem oculo plagatus. Porro huius tam arcti & vehementis amoris causam, eam esse ait in hoc Versu, quoniam aspectu suo gratiam conferre voluit, ut sibi complaceret in illa amoris sui crinem largiendo, ac fidei illius oculum formando charitate sua: propterea ait: *Idcirco me adamabas.* Nam ponere Deum in anima gratiam suam, est dignam & amoris sui capacem efficere: Itaque tantundem est ac dicere, quia reposueras in me gratiam tuam, pignus sane condignum amore tuo, propterea me adamabas, hoc est, idcirco vberior gratiam conferebas. Hoc idem sibi

Sanctus. 16. voluit D. Ioannes: *dat gratiam pro gratia,* videlicet dat gratiam pro priori gratia, quod est maiorem conferre gratiam. Non enim absque ipsius gratia possumus eiusdem gratiam promereri. Notandum est pro huius rei intelligentia, quod sicut Deus Optimus, Maximus, non amat aliquid extra se nisi propter se, sic etiam omnia æque diligit ac se ipsum, nam omnia amat in ordine ad se, amor autem habet rationem finis: & sic non amat res propter id quod sunt in se ipsis. vnde Deum animam amare est quodammodo intra se ponere, sibi que eam coæquare: & ita diligit animam secum in se, eodem quo seipsum amat amore: Ideoque in quouis opere bono meretur anima amorem Dei. Siquidem hac gratia & celsitudine insignita, Deum ipsum in singu-

lis operibus suis promeretur: idcirco legitur in hoc alio Versiculo,

Et in eo merebantur.

In isto fauore & gratia, qua oculi misericordie tuæ me donarunt, erigendo me ad tuum amorem, condigni habitus sunt & meruerunt

Mei oculi adorare quod in te cernebant.

Quod est dicere: potentie animæ meæ, O Sponse mi, quæ antea propter miseriam & in operando exiguum habitatem humiles & abiectæ erant, iam nunc ad te conspiciendum meruerunt extolli. Nam posse animam Deum aspiceret, est in Dei gratia opera efficere, & iam tum animæ oculi merebantur adorare in ipso, quia adorabant in gratia Dei sui: adorabant id quod iam videbant in illo, illustrati ac sublimati illius gratia & fauore, quod antea minimè cernebant ob innatam cæcitatem & vilitatem suam. Quid igitur iam videbant? videbant certè magnitudinem virtutum, abundantiam lauitatis, bonitatem immensam, amorem & misericordiam, innumeraque beneficia ab illo accepta, tum quando erat in statu gratiæ, tum etiam quando erat extra ipsum: hæc omnia iam erant digni adorare cum merito oculi animæ, eo quod essent gratiosi, quod hæc ænus non solum non merebantur adorare, nec videre, sed ne quidem considerare: ingens quippe est cæcitas & rusticitas animæ extra gratiam existentis.

CANTVS VIGESIMVS
QVINTVS.

CANCION XXV.

No quieras despreciarme
Que si color moreno en mi hallaste,
Ta bien puedes mirarme
Despues que me miraste
Que gracia y hermosura en mi dexaste.

SENSVS.

Noli me despiciere
Nam si fuscum in me colorem inuenisti,
Iam me nunc potes aspiciere,
Postquam me aspexisti,
Nam gratiam & decorem in me reliquisti.

DECLARATIO.

A Nimo erecta iam Sponsa, ac seipsam æstimans ob gratiarum pignora obtenta à dilecto suo, vidensque se propter illa æstimatione dignam esse, eò quod illius dona sint, etiamsi natura sua vilis nullaque æstimatione sit digna, audacter dilectum suum alloquitur, dicens, vt deinceps nolit eam paruifacere, nec despiciere: nam licet antehac ob culpæ suæ scditatem & vilitatem naturæ, hoc mereretur; attamen quandoquidem iam semel illam aspexerit, quo aspectu gratia sua eam locupletarit, & decore suo amicit; meritò iterum sæpiusque eam aspiciere potest, gratiam & decorem adaugendo: ratio quippe & causa sufficiens id suadent, nimirum, quod etiam tunc illam intuitus sit, cum adhuc indigna esset, nullamque ad hoc aptitudinem haberet,

Noli me despiciere.

Quasi diceret, quandoquidem sic res se habent, prout dictum est, noli me iam vilipendere.

Nam si fuscum colorem in me reperisti.

Si enim, priusquam me aspiceres, turpitudinem culparum & imperfectionū, naturalisque conditionis ignobilitatem in me reperisti,

Iam me nunc potes aspiciere Postquam me aspexisti.

Expellendo fuscum illum & ingratum colorem, quo visu iniucunda erā, planeque indigna, iam nunc pluries me potes

aspiciere, non solum enim primo aspectu tuo colorem fuscum à me repulisti, sed & visu digniorem reddidisti, eo quod

Gratiam & decorem in me reliquisti.

Plurimum sibi complacet Deus in anima gratiæ suæ munere insignita: gratanter siquidem in illo commoratur, ipsa verò illius consortio grandis effecta est, ideoque ineffabiliter eam diligit, eique in omnibus euentibus & operibus vberiorum amorem ac dona potiora communit: anima enim amore sublimata & honestata in Deo, precibus plurimum obtinet. quod significauit Deus loquens cum dilecto suo Iacob per Maiam, his

vet.

B.
Joan
à Cru

Oper
mysti
NI
12

verbis: *Ex quo honorabilis factus es in oculis
meis & gloriosus, ego dilexi te. Hoc est, pro-
meritus es maiorem meam dilectionem,
& in ea maiorem gratiā donorum meo-
rum propter honorem & decorē gloriæ,
quam ex me habebas; egregiè etiam id-
iplum expressit Sponsa in diuinis Cant.
sic loquens cum filiabus Ierusalem: Nigra
sum, sed formosa filia Ierusalem, ideo dilexit me
Rex, & introduxit me in cubiculum suum, id*

est, licet à me ipsa fusca sim & nigra, sum
tamen formosa ab ipso, propterea maio-
rem mihi contulit amorem, & ad peni-
tiora introduxit, plura beneficia confe-
rendo. Optimo iure igitur ó Deus meus
me nunc potes aspicere, postquam me
semel aspexisti, quando quidem primo
illo aspectu tuo gratiam & decorem
honoris, gloriæ & diuitiarum in me re-
posuisti.

CANTVS VIGESIMVSSEXTVS.

CANCION XXVI.

*Cogednos las raposas
Que esta ya florecida nuestra vinna,
En tanto que derosas
Hazemos vna pina
I no paresca nadie en la montinna.*

SENSVS.

*Capite nobis vulpes
Nam vinea nostra iam floruit
Intirim dum ex rosis
Conum vnum conficimus
Et nullus compareat in colliculis.*

DECLARATIO.

CONspiciens Sponsa virtutes animæ suæ ad perfectionis punctum euectas, vbi illa-
rum delectatione, suauitate & fragrantia potitur (quemadmodum plantarum
pulchritudine & odore tunc potimur, cum perfectè efflorescunt) cupiens hac suaui-
tate sine intermissione gaudere, vtque nulla res eam impedire, aut intercludere valeat,
idcirco in præsentī Cantu Angelicos spiritus Dei que ministros obtestatur, vt quæcun-
que virtutum suarum flores deturbare possunt, à se propellat & arceant, cunctas vide-
licet perturbationes, tentationes, inquietudines, appetitus, imaginationes, aliosq; mo-
tus animæ, qui pacem, quietem ac suauitatem internam impedire solent tunc, quando
maiori voluptate, omnibus simul virtutibus, vna cum amato perficitur. Nonnunquã
enim solet anima videre in spiritu suo vniuersas virtutes sibi à Deo donatas, haec lucè
illo operante in ipsa: tunc autem mira quadam voluptate & suauitate amoris, omnes
coniunctim offert dilecto, instar conij ex floribus connexi, in quo dum dilectus illas
acceptat, sicuti reuera tunc acceptat, maximum in eo recipit obsequium, eo quod ani-
ma vna cum virtutibus se ipsam offerat, quod sanè maximum est obsequium, quod illi
præstare potest. vnde inter potissimas voluptates, quas in Dei cōmercio recipere solet,
meritò debet annumerari hæc, quã percipit in hoc genere doni, quod offert dilecto.
Itaque optans ne quid hanc internam suauitatem præpediat, quæ est vinea florens, nõ
tantum desiderat, vt prædicta propellant, verum etiam vt summa rerũ omnium adsit
solitudo, adeo vt in vniuersis potentijs & appetentijs tam internis, quam etiam exter-
nis, nulla forma nullaque imago rei alicuius adsit, quæ coram anima & dilecto com-
pareat & representetur, dum in communi solitudine & vnione mutua conam hunc
conficiunt, eo que fruuntur.

Fft

Capi-

*Capite nobis vulpes
Nam vinea nostra iam flo-
ruit.*

Vinea est plantarium omnium virtu-
tum animæ, quæ suauissimi saporis vinum
ipsi propinant. Tunc autem hæc animæ
vinea efflorescit, cum in vnione volunta-
tis cū amato oblectatur, & hisce omnibus
virtutib. simul fruatur: quo tēpore præsto
esse solent memoriæ & imaginatiuæ mul-
tæ ac variæ formæ & imagines, & in par-
te sensitiua multi diuersique motus & ap-
petitus, qui animam interturbant, & ma-
xima subtilitate & acuminis suo gustum
& suauitatem, qua tunc potitur, perdere
faciunt, grauius vexando illam. Solent
enim hoc tempore plurimæ perturbatio-
nes, horrores, timoresque ingruere,
quos dæmones immittere consueverunt:
quæ omnia vulpium nomine expressit.
Nam quemadmodum celeres vulpeculæ
leuiculis saltibus deijcere, & pessumdare
solent vinearum flores, ita huiusmodi
imaginationes & motus leuitate & cele-
ritate sua impediunt & deijciunt ab ani-
mæ flore suauitatis, qua tunc, prout di-
cebamus, potitur. Tum etiam quia, sicut
vulpes callidæ sunt & sagaces ad damnū
inferendum, ita istæ imaginationes, vna
simul cum dæmonibus subuertete ac de-
turbare contendunt florem suauitatis a-
nimæ, ne fructus producat. Id ipsum po-
stulat Sponsa in Canticis, dicendo: *Capite*

*Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas:
nam vinea nostra floruit, & idcirco cupit ani-
ma hoc loco vt à venatoribus capiantur,
tum etiam vt derur locus & opportuni-
tas faciendi, quod sequitur, nimirum:*

*Interim dum ex rosis
Conum conficimus.*

Eo tempore, quo anima flore huius
vineæ in pe&ore dilecti sui oblectatur,
contingit, vt virtutes omnes sese in ordi-
nem & ad punctum perfectionis suæ re-
digant, sicut demonstrauimus, ostenden-
do & tribuendo animæ fragrantiam &
suauitatem suam in ipsamet anima, & si-
mul in Deo, adeo vt florentissima que-
dam & iucundissima vinea vtriusque vi-
deatur. Tunc vero anima omnes simul
conne&tit, sapidissimos amoris actus in
vnaquaque illarum, & in omnibus con-
iunctim eliciendo: easque ita conne&tit
præsentat dilecto indicibili amoris tene-
ritudine ac suauitate ipso dilecto auti-
lium ferente; nam propterea ait,

Conum conficimus

Id est, vt que simul, & sic hæc virtu-
tum conne&tio est ad instar coniarum:
nam quemadmodum conus, seu nux, pi-
nea fortis est, continens in se plures alias
non minus fortes nuculas, ipsi cono for-
titer adhærentes (hi sunt nuclei pini) ita
conus iste, quem anima præparat di-
lecto suo, est vnica perfectio animæ for-
titer & ordinatim in se comple&ctens plu-
rimas virtutum perfectiones fortissimas,
donaque ditissima: omnes siquidem per-
fectiones virtutum conueniunt & ordi-
nantur in vnica perfectione animæ, que
dum perficitur & offertur amato in spi-
ritu, expedit vt vulpium venationi imi-
tatur: neque hoc solum, sed etiam

*Et nullus compareat in cal-
liculis.*

Etenim ad hoc diuinum exercitium
internum etiam requiritur solitudo, & a-
lienatio rerum omnium, quæ animæ pos-
sent occurrere, siue à parte portionis in-
ferioris sensitiuæ, siue etiam à parte supe-
rioris.

B.
Joan
à Cru

Oper
mysti
NI
12

rioris, quæ est rationalis: quibus rota harmonia potentiarum & sensuum hominis concluditur: quam hic colliculos appellat, atque vt nemo in eis compareat: id est, non compareant in potentijs ac sensibus sensitiuæ portionis formæ vllæ, nec species obiectorum, neque aliæ operationes naturales, (in hoc quippe statu si sensus externi aut interni operentur, obstant) neque etiam in potentijs spiritualibus aliæ

propriæ operationes & exercitia videantur. Cum enim anima ad vnionem amoris peruenit, non vltra operatur, nec opus est vt operentur potentie spirituales: quandoquidem vnionis opus iam est perfectum, amando, quod intellexerat, sicut cum peruenitur ad terminum media omnia cessant. Nemo igitur compareat in colliculis: adfit solummodo dilecto voluntas præfato modo.

*In vnione
amoris po-
tentie non
operantur.*

CANTVS VIGESIMVSSEPTIMVS.

CANCION XXVII.

*Detente cerco muerta
Ven auster que reuerdas los amores
Aspira por mi huerto,
Torrant sus olores
Y pacera el amado entre las flores.*

SENSVS.

*Subsiste Aquilo mortue,
Veni Auster suscitator amorum,
Aspira per hortum meum,
Et fluant olores illius
Et pascetur amatus inter flores.*

DECLARATIO.

PRÆter ea quæ dicta sunt, possit etiã ariditas spiritualis extinguere in anima Sponsæ succum & suavitatem internam, cuius supra meminit; quod dum pertimescit, duo facit in præfati cantu. Primo ianuam occludit ariditati spirituali, sollicitè inuigilans ne deuotione neglecta subiintret. Secundo innocat Spiritum S. perseverans in oratione, vt per ipsam non solum ariditas foris consistat, sed etiam vt angeatur deuotio, & anima ponat virtutes in exercitio interno, hoc solummodo spectans, vt dilectus suus magis in eis gaudeat & oblectetur.

Subsiste Aquilo mortue

*Ariditas
spiritualis
Aquila.*

Aquila est ventus frigidus exsiccans & marcescere faciens flores. Iã vero quonia in spiritualis ariditas eundem parit effectum in anima, in qua est, propterea Aquilonem mortuum appellat, eo quod extinguat suauitatem & succum spiritualem: vnde ex effectu quem causat, Aquilonem mortuum appellat. Cupiens autem Sponsa in amoris sui dulcedine

se se conseruare, ariditatem obestatur vsistat: quod sic est intelligendum, vt obestatio hæc denotet studium præstandi opera, quæ eam arceant, conseruando animam, & ab occasionibus illam incurrendi subducendo.

Veni Auster suscitator amorum.

Auster est alius quidam ventus, quem

Fff 2

vulga-

B.
Joan
a Cru

Oper
mysti
NI
12

vulgari sermone Africum appellamus; hic lenis & suavis est, imbrifer, herbas germinare, flores excludi, odoremque suum exhalare faciens. Cuius effectus omnino contrarij sunt effectibus Aquilonis. Per hunc ventum designat hoc loco anima spiritum S. & ait eum suscitare amores. Cum enim hac aura diuina animam adoritur, ad eam totam inflammat, liquefacit, viuificat & suscitatur voluntatem, omnesque appetitus, qui antehac prostrati & sopiti iacebant, ita ad Dei amorem subleuat, ut non immerito dici possit *suscitator amorum.*

Aspira per hortum meum.

Diximus iam animam esse vineam virtutibus efflorentem, nunc etiam Sponsa hortum hic eam vocat, in quo virtutum & perfectionum flores plantati sunt. Est autem hoc loco notandum, non dixisse animam, aspira in horto meo, sed consulto dixit, *per hortum meum;* magnum quippe dilectum est, inter aspirare Deum in anima, & aspirare per animam: Nam spirare in anima, est in ipsam infundere gratiam, dona & virtutes; at vero aspirare per animam, est, Deum contingere tactu suo virtutes & perfectiones animae iam collatas, ita illas renouando & commouendo, ut mirabilem sui fragrantiam & suauitatem exhalent, non secus ac cum aromatum species reuoluuntur & moventur: tunc enim cum motio illa fit, odoris sui abundantiam diffundunt, qui haecenus tantus non erat; nec tantopere percipiebatur, eo quod anima non semper acta sentiat, & fruatur virtutibus, quas acquisiuit. Siquidem prout demonstratum est, in hac vita se habet in anima sicut flores oclusi in gemmis suis, aut sicut aromata inuoluta, quorum suauolentia non percipitur, donec detegantur, refe-

*Discrimen
inter aspi-
rare in
horto &
per hortum.*

rentur & agitentur. Interdum vero tam immensa beneficia largitur Deus animae Sponsae, ut diuino suo spiritu afflante per istum hortum animae, has virtutum omnium gemmas excludat, haec aromata donorum perfectionum & gazarum animae reuelat, thesaurumque & facultates aperiendo, totam ipsius pulchritudinem ostendat: tunc autem mirum est videre & suauiter sentire, diuitias donorum, quae animae patefunt, nec non istorum omnium florum iam exclusorum pulchritudinem, & vnumquemque eorum odorem suauitatis sibi propriae illi exhibentem. Et hoc appellat *fluere odores illius,* cum in subiecto Verluait:

Et fluant odores eius.

Quorum tanta nonnunquam est affluentia, ut arbitretur anima se delitijs amictam esse, & gloria inestimabili pensata, adeo, ut non ipsa sola interius id sentiat, sed etiam exterius tantopere redundare solet, ut minime id eos lateat, qui prudenter animaduertunt; quibus huiusmodi anima videtur esse instar horti amoenissimi delitijs ac diuitijs Dei referti. Nec solum id videre licet in his animabus sanctis tunc cum isti flores sunt exclusi, sed etiam fieri semper, nescio quid maiestatis & dignitatis praese ferunt, quae ceteris obseruantiam & reuerentiam erga eas induciturque ob supernaturalem effectum, qui diffunditur in corpus, ex proxima ac familiari communicatione cum Deo: qualis fuit ille, qui in libro Exodi de Moyse describitur, quod non poterant filij Israel intendere in faciem eius propter gloriam & propter maiestatem in corpore eius relictam, eo quod facie ad faciem egisset cum Deo.

In hac Spiritus S. aspiratione per animam, quae est visitatio ipsius amorosa erga.

erga illam, alio quodam modo sese eidem communicat Sponsus Dei filius. Idcirco enim præmittit spiritum suum, sicut præmittit Apostolis (qui est veluti præparator hospitij) vt præpararet habitaculum animæ Sponsæ, delictis eam subleuando, horrum illius in ordinem redigendo, excludendo flores, dona manifestando, gratiarum diuitiarumque suarum peristromatibus exornando. Vnde ingenti quodam desiderio concupiscit anima hæc omnia, nimirum vt abscedat aquilo, vt auster veniat, vt aspiret per hortum; in hoc quippe multa simul bona lucratur. Inprimis enim lucratur fruitionem virtutum, dum in suauis exercitio illas gustat, sicut tradidimus: lucratur item ipsius dilecti fruitionem in illis, siquidem illarum interuentu, vt nuper dicebamus, perfectius sese illi communicat, & peculiarius confert beneficium quam antea: lucratur etiam quod dilectus multo magis sese in illa oblectat propter hoc virtutum exercitium, quod ipsi animæ supra modum placet, quod nimirum, placeat dilecto suo. Lucratur denique continuitatem, & permanentiam eius saporis & suauitatis virtutum, quæ tam diu in anima perseverat, quam diu amatus ibidem tali modo afficit, dulcedinem suauitatis in virtutibus suis illi exhibente Sponsa, prout in Canticis ipsa fateretur his verbis: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*: ac si diceret, interim dum Rex accumberet in reclinatorio suo, quod est anima mea, arbuscula mea redolens, dedit odorem suauitatis, designans hoc loco nardi seu arbusculæ nomine, quæ pluribus constat floribus, plantarum multarum virtutum, quas supra in anima residere traditum est, quam ibidem vineam florentem, aut conuæ florum nuncupauit. Et sic hæc arbuscula redolet odoris suauitatem

Deo & animæ; quam diu ille per substantialem communicationem comoratur in illa. Quapropter votis omnibus optandum est, vt vnaquæque anima postulet, quatenus hæc Spiritus S. aura per hortum suum aspiret, fluantque diuini ipsius odores. Quod cum adeo sit necessarium, vile & gloriosum ipsi animæ, concupiscit Sponsa & postulat in Canticis dicens: *Surge aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius*. quibus verbis vniuersa quæ in hoc cantu hætenus diximus, comprehenduntur. Quorum germanus sensus is est. Surge Aquilo, & abi: Tu vero Auster, suavis & salubris veni, perfla & aspira per hortum meum, fluantque odorifera & preciosa illius aromata: quæ omnia concupiscit anima non propter voluptatem & gloriam inde sibi prouenientem: sed quia nouit summopere ex eo oblectari Sponsum suum, esseque dispositionem congruam & prænuntium vt dilectus Sponsus Dei filius declinet ad sese oblectandum in illa: ideo enim subdidit:

Et pascetur amatus inter flores.

Denotat anima pastus nomine voluptatem, quam Dei filius hoc tempore capit in illa; idque eo nomine magis proprie significatur, eo quod pastus seu cibus non tantum sapiat, verum etiam nutriat & sustentet. vnde Dei filius oblectatur in anima, in his animæ delictis, & sustentatur in illa, hoc est, perseverat in ipsa, vt in loco in quo apprime delectatur, eo quod locus ipse verè delectetur in illo: quod, ni fallor exprimere voluit per os Salomonis in Prouerbij; cum dixit: *Et delicia mea esse cum filij hominum*: id est, quando illorum deliciae sunt esse mecum, qui sum filius Dei.

Est autem notandum non dixisse, pascetur

B.
Joan
a Cru

Oper
mysti
NI
12

ccetur flores, sed inter flores: quia commu-
nicatio & deliciae Sponsi sunt in anima,
medio praedicto ornatu virtutum. pasci-
tur vero ipsam animam transforman-
do eam in le maturam iam & conditam
salitramque floribus virtutum, donorum
& perfectionum, quae sunt condimen-
ta, quibus & inter quae pascit eam. Quae
virtutes & perfectiones Spiritus sancti
praeparatione iam dicta tribuunt Deo si-
mul & animae saporem & suavitatem. Et
hic est Sponsi genius & natura, pascere ni-

mirum animam inter fragrantiam lili-
rum florum. Sic etiam Sponsa in Canti-
cis, utpote quae illius indolem optime no-
uerat, de ipso asserit his verbis: *Dilectum
meus descendit in hortum suum ad areolam ar-
matam, ut pascatur in hortis & lilia colligat.* Et
statim subdidit: *Ego dilectio mea, & dilectio
mea mihi, qui pascitur inter lilia: id est, dele-
ctatur in anima mea inter lilia mea-
rum virtutum & perfe-
ctionum.*

CANTVS VIGESIMVS.
OCTAVVS.

CANCION XXVIII.

SENSVS.

*Entrado se ha la Esposa
En el ameno buerto deseado
Y a su sabor reposa
El cuello reclinado
Sobre los dulces brazos del amado.*

*Ingressa est iam Sponsa
In amenum hortum concupitum,
Et requiescit ad libitum
Collo reclinato
Supra dulcia brachia amati.*

DECLARATIO.

CVM haec anima diligenter studuerit, ut caperentur vulpes, & abscederet a
quillo, quae obstabant, erantque impedimento, ne ad consummatas delicias mati-
monij spiritualis pertingeret: post inuocatae etiam & impetratae auram Spiritus
sancti, prout in ante actis cantibus fecit, quae est germana dispositio & instrumen-
tum ad eiusdem status perfectionem; superest nunc de illo in praesenti cantu tractare,
vbi Sponsus loquitur, animam Sponsae nomine compellendo, in quo duo dicit. Pri-
mum quod post a deprauiam victoriam, ad hunc delectabilem statum matrimonij spi-
ritualis tantopere ab ea concupitum peruenerit. Secundo recenset eiusdem status con-
ditiones & proprietates, quibus anima potitur in illo; utputa, quod ad libitum requi-
escat, & quod collum super mollia & dulcia dilecti brachia reclinet & inflectat, ut iam
iam dilucidabimus.

Ingressa est iam Sponsa.

declaretur, nec non ut innotescat ordo,
quem regulariter seruat anima usque dum
ad statum huc matrimonij spiritualis per-
ueniat.

Ut istorum cantuum series manifestius

cant in
num spi-
ritum &
amorem.

lis
ce

geniar, qui est omnium supremus, de quo
nunc, Deo auxiliante, sumus acturi: que-
que anima iam adæpta est, animaduertere
oportet: quod prius anima sese exercuit in
laboribus & amaritudinibus mortifica-
tionis (quas initio retulit à primo cantu
vique ad eum qui incipit, *Mille gratias dif-
fundendo*) quam ad eum statum deueniret:
postmodum vero eas pœnas & angustias
amoris præterijt, quas in Cantuum de-
cursu recensuit, vique ad eum qui ait: *Auer-
te eos dilecte.* narrat præterea maximis se
pluribusque visitationibus dilecti sui dig-
natam fuisse, quibus in amore ipsius per-
fectior effecta est, ac solidior, adeo vt præ-
tergressa res omnes, etiam seipsam, per
amoris vnionem in spiritali despon-
tione sese illi tradiderit, vbi tanquam
Sponsa dona & monilia maxima à Spon-
so percepit: quemadmodum cecinit ab
eo cantu, in quo hæc diuina spōsalia cele-
brata sunt; nimirum: *Auerte eos dilecte,*
vique ad præsentem, videlicet, *Ingressa
est iam Sponsa.* Vbi spirituale connubium
seu matrimonium inter animam & Dei
filium Sponsum eius contrahendum resta-
bat: quod profecto longè amplius est,
quam desponsatio. Est namque totalis
quædam transformatio in amatum, in
quo sit omnimoda & mutua traditio,
cum integra possessione vtriusque partis
per consummatam amoris vnionem. In
quo statu anima diuina effecta est, & par-
ticipatiuè Deus, in quantum fieri potest
in hac vita mortali: vnde status hic al-
tior est inter omnes, ad quos in hac vita
potest perueniri. Nam sicut in consum-
matione matrimonij carnalis sunt duo in
carne vna, vt diuina asserit scriptura: sic et-
iam consummato hoc spiritali connu-
bio inter Deum & animam, coalescunt
duæ naturæ in vnum spiritum & amorem
Dei: in eum ferè modum, quo lumen stel-

lae vel candelæ in conspectu solis vnitur
& coniungitur cum lumine solis; tunc
enim non iam stella vel candela lucet, sed
sol, alia lumina in se distendens. Cuius sta-
tus meminit Sponsus in præsentem verlu-
dum ait: *Ingressa est iam Sponsa*: id est,
ab omni eo quod temporale & natu-
rale est, vniuersis tentationibus, per-
turbationibus, curis, sollicitudinibus, pœ-
nis ac formis figurisque corporeis & ima-
ginarijs ad extra relictis: quibus non am-
plius vtitur tanquam medio ad hunc sub-
limem Dei amplexum: A quibus omni-
bus ingressa est.

*In hortum amœnum con-
cupitum.*

Hoc est, in Deum suum sese transfor-
mando, quem hic hortum appellat pro-
pter suauem delectabilemque mansionem,
quam anima in illo inuenit. ad hunc hor-
tum plenæ transformationis, qui est gau-
dium, delectatio & gloria matrimonij
spiritalis, non venit anima, nisi primum
transseat per desponsationem & fidelem
amorem reciprocum inter Sponfos. Post-
quam enim aliquam diu Sponsa fuit filij
Dei per integrum & suauem amorem, vo-
catur à Deo, & in hunc hortum suum sto-
ridum, ad felicissimum istum statum ma-
trimonij secum consummandum, intro-
mittitur: in quo talis coniunctio vtriusque
naturæ sit, talisque communicatio diuinæ
cum humana; vt absque vlla vtriusque mu-
tatione, quælibet Deus videatur, quamuis
hoc fieri nõ possit perfecte in hac vita, ex-
cedit tamè id omne quod dici aut excogitari
potest. Optime hoc idè Spōsus in Canticis
significauit, vbi animã ad Spontæ dignita-
tè euectã inuitat ad huc statum his verbis:
*Veni in hortum meum soror mea sponsa, melli
myrrham meam cum aromatibus meis.* Sororè
ac Spōsam vocat, eo quod talis esset in amore

In matro-
monio spi-
rituali va-
tragnat-
tura Deo
videtur
absq; sua
mutatio-
ne.
Canti. 5. 2.

al
ca
T

& ita



& traditione, qua se ipsam illi consecra-
uerat, priusq̄ vocaretur ad hunc statum ma-
trimonij spiritualis: in quo suauolentem
myrrham & aromata sua mellisse ait. fu-
eas scilicet maturos & pręparatos ipsi a-
nimę. Hi sunt deliciae & magnalia quę il-
li in hoc statu communicat, hoc est, seip-
sum, ideoque est hortus amœnus & con-
cupitus ab anima: scopus siquidem & de-
siderium tam Dei quam animę in cunctis
operationibus suis est cõsummatio huius
status matrimonij. Nec enim anima re-
quiescit, donec ad illum perueniat. In hoc
quippe statu reperitur maior abundantia
& repletio in Deo, pax securior atque sta-
bilior, fruitor præterea præstantiori suau-
itate quam in desponsatione: utpote quę
super brachia talis Sponsi requiescit. Nam
de huiusmodi anima intelligitur illud D.
Pauli: *Viuo ego, iam non ego, uiuit uero in me*
Christus. quapropter cum anima tam felice-
m uitã ducat, quę Dei uita est; perpen-
dat unusquisque si potest, qualis hæc uita
erit, in qua constituta non solum nequit
sentire aliquam amaritudinem, sicut nec
Deus illã sentit, sed potius fruitor ac perci-
pit delectationem & gloriam Dei in a-
nimę substantia transformata in ipsum:
ac proinde sequitur,

*Et ad libitum requiescit
Collo reclinato.*

Collum prout supra dictum est, forti-
tudine denotat, qua anima operatur uir-
tutes, & uicia superat; æquum idcirco est,
ut anima requiescat in eo quod laborauit,
collumque reclinet,

*Super dulcia brachia a-
mati,*

Reclinare collum in brachijs dei est ha-
bere coniunctã fortitudinẽ seu uerius in-

firmatatem suam fortitudini Dei: brachia
quippe Dei, eius fortitudinem significat,
in quam transformata & reclinata nostra
imbecillitas Dei ipsius fortitudinẽ induit.
Hinc cõmode admodum denotatur hic
status matrimonij spiritualis per hæc colli
inflexionẽ super brachia dulcia dilecta. In
illo enim Deus est fortitudo & dulcedo a-
nimę, in quo à cunctis malis defensa &
protecta est, & bonorum omnium suau-
itate delibata. Propterea hunc statum co-
cupiscens Sponsa in Canticis ait Sponsor.
Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera
matris meę, ut inueniam te foris, & desculer te,
& me iam nemo despiciat. fratrem suum no-
minando, indicat utriusque æqualitatẽ in
desponsatione amoris, antequam ad-
huc statum matrimonij spiritualis anima
perueniat. Et id quod ait, *Sugentẽ ubera ma-*
tris meę, est idem ac dicere, exsiccantem &
extinguentem in me appetitus & passio-
nes, quę sunt uerba & lac matris. Euz in
carne nostra, quę plurimum impediunt
istum statum. Et sic hac dispositione præ-
missa, inueniam te solum foris; hoc est, re-
bus omnibus, etiam mihi ipsi extraneis, in
solitudine & nuditate spiritus, quod sit
exsiccatas appetitibus iam dictis: ubi de-
osculer sola te solum, hoc est, natura mea
sola ac nuda quauis imparitate tẽporali
naturali & spirituali, tibi soli uisitur. id
est, soli naturę & essentię tuę absque ullo
alio medio præter amorẽ quod solummodo
accidit in matrimonio spirituali, quod est
suauium, quo anima Deum osculatur, ubi
cõstitutam nemo eam despicit, nec aude-
t aduersus ipsam. In hoc siquidem statu ne-
que dæmon, neque caro, neque mundus,
neque appetitus molesti sunt. Hic enim
adimpletur, quod etiam in Canticis dicitur:
Iam enim hyems transiit, imber abiit

*& recepit, flores apparue-
runt &c.*

CAN.

B.
Joann
a Cru

Oper
mysti
NI
12

Gal. 2. 20

CANTVS VIGESIMVS-
NONVS.

CANCION XXIX.

SENSVS.

*De baxo del mançano
Alli con migo fuisse desposada
Alli te di la mano,
Y fuisse reparada
Donde tu madre fuerat violada.*

*Sub arbore mali
Ibi mihi fuisti desponsata,
Ibi dexteram tibi dedi,
Et fuisti reparata,
Vbi mater tua fuerat violata.*

DILVCIDATIO.

In hoc sublimi statu matrimonij spiritualis facillime crebriusque reuelat Sponsus animæ admiranda secreta sua, & operum suorum participem efficit. Verus namq; & integer amor nihil celare nouit amico; præsertim vero illi cõmunicat sua uia incarnationis suæ mysteria, modum etiam ac seriem humanæ redemptionis, opus sanè inter alia Dei opera excellentissimum, atque adeo ipsi animæ dulcius. Hoc itaq; facit Sponsus in præsentī Cantu: in quo denotatur, quomodo maxima dulcedine amoris manifestat animæ interius præfata mysteria. Vnde ipsam alloquendo commemorat, quem admodum per arborem crucis sibi desponsata fuerit, misericordiæ suæ fauorem ei conferendo, dum pro ipsa mortem subire voluit, & hoc pacto formosam eam ac decoram reddere; Eo siquidem medio, quo humana natura per Paradisi arborem in protoparente Eua corrupta fuerat, eam reparauit atque redemit: ait igitur,

Sub arbore mali.

Mali nomine subintelligit arborē Crucis, in qua Dei filius naturā humanam redemit atque adeo sese illi desponsauit, ac per cõsequens vnique animæ, gratiam & pignora ad hoc condigna, per merita passionis suæ tribuendo; vnde ait,

*Ibi mihi fuisti desponsata
Ibi dexteram tibi dedi.*

Nimirum fauoris & auxiliij mei, à mihi sero infimoque statu tuo erigendo te, ad societatem & desponsationem meam:

*Et fuisti reparata
Vbi mater tua fuerat violata.*

Quoniam natura humana mater tua in protoparentibus tuis sub arbore violata fuit: tu quoque ibidem sub arbore Crucis reparata es, adeo vt si mater tua sub arbore te morti addixit, ego quoq; sub Crucis arbore te vitæ asserui. Atque in hunc modum manifestat illi Deus ordinationes & sapientiæ suæ dispositiones, quod nimirū ita sapienter & eleganter ex malis nouit elicere bona, atque ad maius bonum ordinare id, quod mali origo fuit. Hoc ipsum quod in hoc cantu ad literam continetur, idem Sponsus cum Sponsa loquens in Canticis dixit his verbis: *Sub arbore mali* Cant. 8. 5.

suscitauit te, ibi corrupta est mater tua,

ibi violata est genitrix tua.

(.†.)

Ggg

CAN-

CANTVS TRIGESIMVS ET TRIGESIMVS PRIMVS.

CANCION XXX:

*Alas aues ligeras
Leones, ciervos, gamos saltadores,
Montes valles riberas,
Aguas ayres, ardores
Y miedos de las noches veladores.*

CANCION XXXI.

*Por las amenas liras
Y canto de sirenas os conjuro
Que cesen vuestras iras,
Y no toquís al muro
Porque la Esposa duerma mas seguro.*

SENSVS.

*Aues pennata leues,
Leones, cerui, dama salientes,
Montes, valles, ripaque,
Aqua, venti, ardores,
Metusque nocturnum vigiles.*

SENSVS.

*Per amenas liras
Et cantum Sirenium vos adiuro:
Ve cessent ira vestra,
Neque tangatis murum,
Ve Sponsa dormiat magis tuid.*

EXPLANATIO.

PROsequitur Sponsus, & indicat in his duobus cantibus, quemadmodum interueni-
tu amcenarum lyrarum, quæ hoc loco significant suauitatem, quâ prope semper
Sponsa in hoc statu potitur, ne non per Sirenium cantum, qui denotat voluprates,
quam anima iugiter experitur ac sentit, finem imponat, exterminetque vniuersas ani-
mæ operationes & passiones, quæ antea nonnihil obstabant, & amaritudinem aliquâ
intermiscebant, ne pacifico gustu ac suauitate frueretur. Hæ sunt inquit hoc loco phâ-
tasia & imaginatiuæ digressiones, quas adiurat & obtestatur vt cessent. Gemmam
quoque potentiam naturalem, irascibilem videlicet, & concupiscibilem, quæ pridem
aliquantulum molestæ erant, ad rationis obsequium adducit. Denotat præterea per
has liras & cantum, quod in hoc statu reducuntur ad perfectionem & medium ope-
rationis (quatenus in hac vita fieri potest) tres animæ potentia, intellectus nimirum,
voluntas atque memoria. Continet etiam prædicti Cantus, quomodo quatuor animæ
passiones, quæ sunt, dolor spes, gaudium & timor, mitigantur & ad rationis statum
redeunt, mediante satisfactione, & gaudio animæ, significato nomine lyrarum & Si-
renium Cantus, vt statim dicemus. Quæ omnia incommoda Deus cessare vult, vt sic
anima suauis, & absq; interpellatione fruatur delicijs, pace & suauitate huius vnionis.

Aues pennata leues.

Imaginatiuæ potentia digressiones, a-
ues leues appellat, vt pote quæ leuiter sub-
tiliterque hinc inde volitant, quæque sub-
tilibus volatibus suis amaricare solent vo-

luntatem, & gustum extinguere, tunc cum
in tranquillitate fruitur sapida amari cõ-
municatione. Has inquit Sponsus, adi-
urat se per amenas liras &c. id est, vt sic
quidem suauitas & delectatio animæ tam
abund.

B.
Joan
à Cru

Oper
mysti
ni
12

abundans, frequens & fortis sit, ut ab eis impediti nequeat, sicut solebat antea, ut pote quæ ad tam sublimem statum necdum peruenisset, eas, inquam, nunc adiurat, quatenus à suis inquietis volatibus, impetibus & excessibus abstineant: quod eodem planè modo intelligendum est, ac in reliquis cantus particulis hoc loco explicandis: Cuiusmodi sunt hæc:

Leones, cerui, dama salientes.

Leonum nomine denotatur acrimonia & impetus potètiæ irascibilis: hæc quippe potentia audax atq; temeraria est in actionibus suis veluti leones. Ceruorum & damarum appellatione designat alteram potentiam animæ, videlicet concupiscibilem: quæ est potentia appetitiua duplicem habens effectum; Alterum formidinis, audaciæ alterum: formidinis effectus exercet, quando non inuenit res sibi congruentes, tunc enim se recipit, contrahit, ac formidat: atque secundum hos effectus assimilatur ceruis, qui, sicut vehementiorem potentiam concupiscibilem præ cæteris pluribus animantibus sortiuntur; ita etiam valde formidolosi & ignaui sunt. Audaciæ vero effectus exercet, cum res sibi convenientes inuenit, tunc enim minime se retrahit, aut timet, quin imo desiderijs & affectibus eas appetere & admittere audet. In quibus audaciæ effectibus, comparatur hæc potentia damis seu dorcadibus, quæ tanto concupiscibilis impetu feruntur in ea, quæ appetunt, ut non modo ad illa currèdo ferantur, sed etiam saliendo: idcirco enim salientes appellat. Itaque dum leones adiurat, impetus & excessus iracundiæ refrenat, cum vero cernos obtestatur, concupiscibilem potentiam corroborat aduersus timores & formidines, quibus hactenus retrahebatur. Et cum salientes damas adiurat, eiusdem desiderijs satisfacit, sed atque appetitus, qui antea instar damarum in-

quieti hinc inde saliebant, ut concupiscentiæ sitim experient; cui iam nunc satisfactum est per amœnas lyras, quarum suauitate potitur, & per Cantum Sirenum, quarum delicijs pascitur. Est tamè animaduertendū, quod nō adiurat S; oltus hoc loco irā & concupiscentiam (hæc quippe potentie nunquam ab anima absunt) sed adiurat ipsarum actiones molestas & inordinatas, quas leones, cerui & damæ salientes designant, hæc siquidem necessario ab hoc statu abesse debent.

Montes, valles & ripa.

Triplici hac dictione denotatur vitiosæ & deordinatæ actiones trium potentiarum animæ, memoriæ scilicet intellectus & voluntatis: quæ actiones tunc temporis deordinatæ & vitiosæ sunt, quando supra modum altæ sunt, & cum plus debito abiectæ & remissæ: aut certe licet omnino tales non sint, ad aliquod tamen extremorum declinant. Valles, quæ valde demissæ sunt, significant actiones earundem trium potentiarum minus perfectas, quæ expediret. Ripæ vero, quæ neq; nimis altæ sunt, neq; nimis demissæ, sed quia omnino planæ non sunt, aliquid de utroque extremo participat: denotat actus potentiarum cum excedunt, aut deficiunt in aliquo à medio & plano eius, quod iustum est; qui licet nimis deordinati nō sint (quod contingeret si vsq; ad peccati mortalis deordinationem perueniret) sunt nihilominus ex parte deordinati, siue in materia veniali, siue imperfectio- nis, etiā minimæ, in intellectu, memoria & voluntate. Has oēs actiones, quod æquū & iustum est excedentes, etiā per amœnas lyras & cantum supra dictum adiurat: Quæ lyra adeo promptas atq; ad effectum expeditas efficiunt tres animæ potentias, tamq; imperisæ sunt circa operationem iustam sibi que competens; ut non solum vitiosæ

Ggg 2 non

non sint, sed neque de vitioso extremo aliquid participant. Sequuntur reliqui verus.

Aqua, venti, ardores

Metusque noctium vigilantes.

Per hæc quatuor intelligit Sp̄s quatuor animæ passiones, quæ sunt, ut dictum est, dolor, spes, gaudium ac timor. Aqua denotant affectus doloris, qui animam excruciant; eo quod instar aquæ animam intrent; hinc Dauid de istis affectibus cum Deo loquens ait: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam.* Ventorum nomine exprimitur spei affectus: eo quod ad instar venti ferantur, ad desiderandum res absentes, quæ sperantur: vnde etiam inquit

Ps. 68. 1.

Propheta Dauid: *Os meum aperui & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam:* quasi diceret, aperui os spei meæ, & attraxi ventum desiderij mei, quoniam expectabam & desiderabam mandata tua.

Ps. 118. 131.

Ardorum nomine intelliguntur affectiones passionis gaudij seu delectationis, quæ ignis instar, cor inflammant. Idcirco idem Propheta Dauid inquit: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* quod idem est ac dicere, in meditatione mea exardescet gaudium. Metus denique noctium vigilantes designant affectiones alterius passionis, nempe timoris: qui affectus in viris spiritualibus, qui ad hunc statum matrimonio nij spiritualis, de quo loquimur, nondum peruenerunt, grauissimi esse solent, interdum à Deo immitti tunc, cum aliqua ipsis dona vult conferre, prout superius diximus, qui timorem solent incutere, & pauorem spiritui, corpori etiam ac sensibus retractionem, eo quod non habeant corroboratam & perfectam naturam, illisque Dei donis assue-

Ps. 38. 4.

tam. Nonnunquam etiam proueniunt ex parte dæmonis, qui eo tempore, quo Deus largitur animæ recollectionem & suauitatem, in se ipso inuidia tabescens & iniuriam ferens bonum illud ac pacem animæ, horrorem timoremque inmittere satagit spiritui, ut sic boni illius fructuonem impediatur: idque interdum, quasi interius in spiritu illi misirando. At ubi videt, se ad intima animæ non posse pertere, utpote quæ in Deo valde introuerit & vnita est; extrinsecus saltem ingerit parti sensitiuæ euagationem seu instabilitatem, presuras, & dolores, horroremque sensui, tentans vtrum hac ratione perturbare queat Sponsam in thalamo suo. Hos metus noctium vigilantes appellat: eo quod à dæmonibus proueniunt; tum etiam quia illorum interuentu conatur malignus spiritus tenebras animam diffundere, ut diuinam lucem, qua potitur, obscuret. Porro timores istos noctium excubitores ideo vocat, quia naturaliter suscitant & euigilare faciunt animam ab interno & suauissimo suo: tum etiam quia dæmones illos incutientes infatigabiliter vigilat, ut illos iniiciant.

Huiusmodi timores, quasi passivè ingeruntur spiritui virorum spiritualium siue à deo, siue à dæmone, ut nuper dixi. Nō enim nunc ago de alijs quibusdam timoribus, terrore vel naturalibus; nam huiusmodi habere timores, non spectat ad personas spirituales; at spiritualibus concuti timoribus, propriè viros spirituales concernit. Has igitur omnes species affectuum, quatuor passionum animæ; adurat etiā amatus, eas cessare & miscere faciens; quatenus ipse largitur Sponsam in hoc sua aptitudinem, vires, & satisfactionem in lysis anæmis suauitatis suæ, & in Cantu Sirenarum suæ voluptatis; vnde non tantum nō regnent in anima, verine-

minis.

13.
Joan
à Cru

Oper
mysti
12

minimam illi amaritudinem adferre possint. Tanta quippe est animæ celsitudo & stabilitas in hoc statu, ut licet antea, usque ad animam penetrarent aquæ doloris, cuiusvis rei, etiam peccatorum suorum, vel aliorum (quod maximè sentire solent personæ spirituales) iam nunc quamuis illa ponderet, non tamen sunt ei causa doloris, neque anxietatis sensibilis, neque etiam afficitur commiseratione, hoc est, anxio illius sensu, licet illius effectu & perfectione non careat. Deest namque in hoc statu animæ, quod erat in virtutibus infirmum, remanet vero, quod solidum, firmum atque perfectum est: in hac siquidem transformatione amoris accedit animæ, quod Angelis ut potè perfectè æstimantibus res dolore afferentes, absque sensu doloris, & exercitibus misericordiarum & commiserationis opera, absque sensu commiserationis: esto nõnunquam & in rebus quibusdam dispenser cum illa Deus, faciens ut illas sentiat, eamque pati sinat, ut ipsius meritum augeatur: uti cum B. V. matre fecit. Cæterum status iste naturâ suâ id minime patitur; neque etiâ spei desiderijs angitur aut affligitur; cū enim iuxta præsentis vitæ conditionem contenta sit & satisfacta in diuina vnione, nil ultra sperare potest de ijs quæ sunt mundi, neque de his, quæ sunt spiritus, appetere; cum se videat ac sentiat Dei opibus referatam, potest tamen in charitate crescere. Vnde tam circa mortem, quam circa vitam conformis est diuinæ voluntati: in affectibus quoque gaudij, qui intensiorem vel remissiorem effectum in anima producere solebant, iam nunc, neque illorum diminutionem animaduertit, nec illorū affluentia ei nouitatem adducit. Tanto siquidem gaudio plerumque potitur, ut ad instar natis nec minuat propter flumina ab illo digesta, neque pro-

pter ea, quæ in illud fluunt & intrant, accrescat: hæc namque est illa anima, in qua factus est fons aquæ, ut ait Christus apud D. Ioannem, *salientis in vitam æternam*. Tandem neque timores noctium vigiles ad ipsam accedunt: adeo quippe lucida, fortis & constans in Deo requiescit, ut nec tenebris suis eam obscurare, nec terroribus deterrere, nec valeant suscitare insultibus, ac proinde nulla res eam attingere, nec ei molestiam inferre potest: ut pote, quæ illis omnibus relictis ingressa sit, uti diximus, *in amœnum hortum concupiscentium*, vbi omnimoda pace fruitor, omnem suauitatem prælibat, & in omnibus delictijs delectatur, in quantum præsentis vitæ status & conditio ferunt. De huiusmodi enim anima illud Sapientis intelligitur: *Secura mens quasi iuge conuiuium*. Hoc est, secura & pacifica anima, est quasi perenne conuiuium: sicut enim in conuiuiis sunt dapes omnes palato sapidæ, ac diuersi musici concentus auditui suaves, ita in hoc iugi conuiuiis, quod habet anima in pectore dilecti sui, omnibus voluptatibus fruitor, omneraque gustat suauitatem. Nec putare debet lector, in his, quæ hæc tenus dicta sunt, verba nos multa congerere: profecto enim si exprimi deberet ea, quæ geruntur in anima ad hunc felicissimum statum perueniente, & verba & tempus deessent, & posterior pars eorum obscura & inexplicata maneret. Cum enim anima pacem, *qua exsuperat omnem sensum*, attingit, concisus & elinguis erit omnis sensus ad illam exprimendam, Sequitur Versus.

*Per amœnas lyras
Et cantum Sirenarum vos
adiuro.*

Diximus iam amœnas lyras significare:
Ggg 3) sua-

lis
ce

a
ca
T

13.
Joan
a Cru

Oper.
mysti
NV
129

EXPLANATIO

suauitatem animæ in hoc statu: quemadmodum enim lyrarum concentus repleret animam suauitate & recreatione, eumque ita absorbet & suspendit, ut a penis omnibus, & amaritudinibus alienum efficiat, ita hæc suauitas usque ad eam animam in se conuertit, ut nullus ad eam dolor seu pena appropinquet. Ideoque omnium potentiarum passionumque molestias adiurat, ut cessent propter suauitatem. Cantus quoque Sirenarum, prout etiam dictum est, exprimit assiduum voluptatem, quam possidet anima, cuius beneficio aduersariis omnibus & operationibus molestis est denudata, quæ in Versu, quem statim concinit, exprimuntur, nimirum
Vt cessent ira vestra.

Iras nuncupans præfatas omnes operationes & affectus deordinatos. Nam sicut ira est impetus quidam, rationis limites

prætergrediens, quando vitiosè operatur, ita vniuersi affectus & operationes in dicitur & tranquillitatis animæ limites excedunt, dum in ea regnant, & idcirco ait

Et ne tangatis murum.

Murus designat vallum pacis, virtutum & perfectionum, quas habet anima, quibusque protegitur, qui est murus & propugnaculum horti dilecti sui. Quapropter in Canticis eam appellat: *Hortus conclusus soror mea*, proinde ne tangatis istum murum.

Vt Sponsa dormiat securius.

Id est, ut suauis se oblectet in tranquillitate ac dulcedine, qua ponitur in horto, quem est ingressa inflexo collo *super dalia brachia amat.*

CANTVS TRIGESIMVS.
SECUNDVS.

CANCION XXXII.

*O Nimsa de Iudea
En tanto que en las flores y rosales
El ambar perfumea,
Morà en los arrabales
I no querays tocar nuestrs ymbrales.*

SENSVS.

*O Nympha Iudaica
Interim dum inter flores & rosales
Ambarum fumificat,
Morare in suburbij
Et limina nostra nolite tangere.*

EXPLANATIO.

Sponsa loquitur in hoc cantu, quæ eum à dilecto suo secundum partem superiorum & spiritualem inter tam opulenta & præstantia dona deliciaque se collocatam contemplant, cupiens sese conseruare in pacifica & assidua illorum possessione, in quam à Sponso in cantibus antecedentibus introuisa est, anima aduertens fieri posse, ut pars inferior, scilicet sensualitas, possit tantum bonum impedire ac perturbare; istius partis inferioris motus atque operationes obestatur, ut in eiusdem potentis ac sensibiles conquiescant, neque limites regionis suæ sensitivæ transgiant ad inferendam molestiam ac perturbationem portioni superiori ac spirituali animæ: nec minimo quidem

motu suo impediunt bonum & suauitatem, qua gaudet: motus enim partis sensitivæ, eiusque potentia si operentur, quando spiritus fruitur, eò magis eum molestant ac perturbant, quo plus actionis & viuacitatis propriae sortiuntur; ait itaque in hunc modum.

O Nympha Iudææ.

Iudæam vocat inferiorem animæ partem, nempe sensitivam, quia natura sua imbecillis, carnalis & cæca est, uti gēs Iudaica. Nymphas vero appellat vniuersas imaginationes, phantasias, motus & affectus huius portiois inferioris, nam quæ admodum Nymphae affectu & venustate sua amafios ad se alliciunt, ita operationes istæ motusque sensualitatis blandè suauiterque conantur attrahere ad se voluntatem partis rationalis, ab internis educendo eam, ut exteriora velit, quæ ipsi appetunt & concupiscunt. Intellectum etiam mouent, ut ipsi iuxta abiectum & sensibilem modum suum adhæreat & copuletur, hoc pacto rationalem portionem sensuali conformare & adunare sagitando. Vos itaque, inquit, operationes motusque sensibiles

Interim dum inter flores & roseta

Ambarum fumificat

Flores denotant virtutes animæ, uti superius diximus; Roseta vero designant tres animæ potentias, intellectum, memoriam & voluntatem, quæ producunt rosas diuinarum conceptionum, actusque amoris, & flores virtutum. Ambarum est spiritus diuinus animam inhabitans: sufficit autè diuini huius spiritus, inter flores & roseta, est eiusdem communicatio & diffusio suauissima in potentias & virtutes animæ, præbendo in eis animæ, diuinæ suauitatis suffitum; interim ergo dum hic spiritus diuinus largitur animæ mez spirituales suauitatem.

Manete in suburbijis.

In suburbijis Iudææ, quam sensitivam animæ partem denotare tradidimus: cuius suburbia sunt sensus illius interni, nempe phantasia, imaginatiua & remaniscencia, in quibus collocantur & recipiuntur phantasmata, imagines & formæ rerum; has itaque hoc loco nymphas vocat, quæ ad hæc internorum sensuum suburbia ingrediuntur per ianuas sensuum externorum, visus scilicet, auditus, olfactus, gustus & tactus. cū etas itaque huius sensitivæ partis potentias ac sensus, suburbia appellare possumus, qui sunt vici extra urbem positi: quod enim in anima urbis nomen obrinet, est intima pars illius, scilicet rationalis; quæq; eapax est ad conuersandum cum Deo, cuius operationes sensualitatis operationibus aduersantur; atramen quia intercedit naturale commercium inter plebem commorantem in his suburbijis partis sensitivæ (quæ plebs sunt nymphæ, de quibus est sermo) adeo ut quæ in hac sensibili portione geruntur, ut plurimum sentiantur in alia magis intima portione, quæ est rationalis: ac proinde eam attendere facit, & à spiritali opere, quod in Deo habet, eam interpellat; propterea ait illis, ut in suburbijis procul consistent, hoc est, cōquiescant in suis potentijs sensitivis, tum externis, tum etiam internis.

Et limina nostra nolite tangere.

Hoc est, ne quidem primis & inopinatis motibus partem superiorem attingatis. Primi enim motus animæ, sunt aditus

lis
ce

a
ca
T

B.
Joan
a Cru

Oper.
mysti
NI
122

& limina ad intrandum ipsam animam; cum autem à primis motibus transeunt usque ad rationem, limina transgrediuntur: at cum solum sunt motus primo primi, limina tantummodo contingere dicuntur, seu pulsare ianuam: quod tunc accidit, cum sensualitas rationem aggreditur insultibus suis, ut in actum aliquem deordinatum prorumpat. itaque non solum dicit anima hoc loco, ut hi motus non attingant animam: sed etiam ut neque aduertentia & reflexiones, quæ quieti & bono, quo fruatur, non conferunt, id præsumant. Itaque hæc pars sensitiva, in hoc statu iam est subiecta spiritui una cum omnibus potentijs, viribus & imbecillitatibus suis, unde hæc vita, est vita quædam beata, similis illi statui innocentia, ubi tota harmonia & aptitudo partis sensitivæ hominis ad maiorem oblecta-

tionem, & copiosius subsidium cognitionis & amoris Dei, homini deferretur in pace & concordia cum portione superiori. Felix anima quæ ad hunc statum pervenit: *Sed quis est hic, & laudabimus eum: sicut enim mirabilia in vita sua.* Pærens cantus idcirco hoc loco insertus est, ut innotescat pax quæra & secera, quam possidet anima, quæ ad hunc eminentem statum pertingit; non vero ut quis putet hoc desiderium, quod hic anima ostendit, ut illa nymphæ mitescât, procedere ex eo, quod in hoc statu molestæ sint: iam enim tranquillæ sunt & sedatæ, ut superius explanatum est. Hoc siquidem desiderium potius est illorum, qui proficiunt & præcederunt, quam perfectorum, in quibus parum, vel certe nihil regnant passiones & motus;

CANTVS TRIGESIMVS
TERTIVS.

CANCION XXXIII.

SENSVS.

*Abcondere carillo,
Y mira contu haz alas montañas.
Y no quieras dez illo
Mas mira las campañas
Dela que va por insulas estrañas.*

*Abcondere dilectule
Et facie tua montes aspice
Neque id velis dicere
Quin imo intueri campos
Illius, qua graditur per insulas extraneas.*

EXPLANATIO.

Postquam Sponsus & Sponsa in antecedentibus cantibus frenarunt ac flectere fecerunt passiones & potentias animæ tam sensitivas, quàm etiam spirituales, à quibus perturbari poterat; convertitur in præsentem cantu Sponsa ad internum animæ suæ recessum, ut fruatur dilecto suo: ubi ipse etiam ei per amorem coniunctus est, ubi illa quoque clam summo opere delectatur in illo. Sunt autem ita sublimia & lapida, quæ geruntur in anima in hoc recessu matrimonij cum dilecto suo, ut neque ea sciat, neque effari velit; sunt etenim de genere illorum, de quibus dixit Isaias: *Secretum meum mihi, secretum meum mihi.* Et sic sola & seorsim ea possidet, sola & seorsim intelligit, sola

ac seorsim eis fruatur, & gratum habet, quod sine arbitris id contingat: vnde votis omnibus optat, vt sit valde reconditum, sublime, & à quacunque externa communicatione remotum. In quo assimilatur mercatori margaritæ, seu potius homini inuenienti in agro suo thesaurum absconditum, qui abiens cum gaudio abscondit & possedit eum. Idem hic postulat ipsa anima in hoc cantu à Sponso suo: vbi hoc stimulata desiderio, quatuor ab illo requirit. Primum, vt sese communicare dignetur in intimo, & abscondito animæ suæ recessu. Secundo, vt gloria & maiestate suæ diuinitatis, adoriatur & irradiet ipsius potentias. Tertio, vt tam alto & sublimi modo id fiat, quod nec intelligi, nec dici queat, neq; pars exterior, & sensitua, eius capax sit. Quarto denique ab eo petit, vt ad amet plurimas virtutes, quas plantauit in illa, quæ ad eum tendit & ascendit per sublimes altasque suæ diuinitatis notitias, nec non per excessus amoris peregrinos, & insolitos, longeque diuersos ab his, quos ordinariè experiri solet.

Abscondere dilectule.

Quasi diceret: dilecte Sponse mi, abscondere, queso, in animæ meæ intimo recessu, te que illi secreto comunica, eique tua mirabilia omnium mortalium oculis abscondita & petegrina pande.

Et facie tua montes aspice.

Dei facies est diuinitas: montes vero sunt animæ potentia, memoria, intellectus atque voluntas. itaque idem est ac si diceret: Illustra intellectum meum diuinitate tua, diuinas ei notitias conferendo, adorite voluntatem, diuinum ei amorem largiendo & communicando; ac denique aggredere memoriam, diuinæ gloriæ possessione. In quo petit anima à Sponso, quæcunque postulare potest. Non enim nunc contenta est Dei cognitione, & communicatione per posteriora, quemadmodum Deus olim se gessit cum Moyse, quod est eum per illius effectus operaque cognoscere: sed Dei ipsius facie duntaxat contenta est, quæ est essentialis communicatio diuinitatis absque alio medio, idque per quandam sui con-

taetum cum diuinitate. Quod plane alienum est ab omni sensu, & accidentibus, cum sit contactus nudarum substantiarum, animæ nimirum, mediantibus prædictis potentijs, & diuinitatis: ac proinde protinus ait:

Neque id velis dicere.

Id est, neque id velis dicere vt antea, quando communicationes tuæ huiusmodi erant, vt externis sensibus illas diceres, eo quod illarum essent capaces; non enim tam sublimes, tamque profundæ erant, vt eas assequi non valerent: iam vero opto vt tam sublimes, substantiales intimæque sint, vt minime eis id dici cupiam, ita vt illas percipere valeant: substantia enim sensibus comunicari nequit. vnde quidquid in sensum cadere potest, non est deus essentialiter. Optans igitur hęc anima hanc essentialem Dei communicationem, quæ in sensum non cadit, eo modo eam sibi conferri obsecrat, vt nequaquam sensibus dicatur: hoc est, ne tam infimo & externo modo te ipsum communicates, vt sensui comunicari & dici possit.

Quin imo campos intuere.

Diximus iam, quod Dei aspiceret, sit
Hhh ipsius

lis
ce

ca
T

Diuinitas
est Dei fa-
cies: non
sua vera
essentia
potentia.

B.
 Joann
 a Cru
 Oper
 mysti
 NV
 129

ipſius amare: campos vero hoc loco ap-
 pellat virtutum, donorum, perfectionum
 & diuitiarum ſpiritualium animæ
 multitudinem: ac ſi clarius diceret, quin
 imo introſum conuertere Dilectule,
 adamando campos virtutum ac perfe-
 ctionum, quas in anima mea repoſuiſti,
 vt illarum amore captus abſcondaris, ac
 immoreris in illa: verum namq; eſt, quod
 licet ſint tuæ, iam nunc eo quod animæ
 eas donaueris; etiam illius ſunt,

Animæ nimirum meæ, tendentia ad
 te, per extraneas tui nouitias, ac per mo-
 dos & vias peregrinas, & ab omnibus ſen-
 ſibus, nec non à communi naturali cog-
 nitione alienas. Vnde idem eſt, ac ſi dice-
 ret: Quandoquidem anima mea tendit
 ad te per nouitias peregrinas, & à ſenſi-
 bus alienas: tu quoq; viciffim, te illi tam
 intimè ſublimiterque communica,
 vt ab illis omnibus ſit alienum.

*Qua graditur per inſulas
 extraneas.*

CANTVS TRIGESIMVS QVARTVS.

CANCION XXXIV.

- La blanca palomica*
- Al Arca con el ramo ſe ha tornado*
- I ya la tortolica*
- Al ſocio deſcado*
- En las riberas verdes ha ballado.*

SEN SVS.

- Candida columbula*
- Ad arcam cum ramo eſt reuerſa,*
- Et turtur auis pudica*
- Sociam deſideratum*
- In virentibus rippis inuenit.*

DECLARATIO.

Sponſus interloquitur in præſenti cantu, concinens puritatem, quam Sponſa ha-
 bet in hoc ſtatu, nec non diuitias & premium, quod acquiſiuit, eò quod ſe di-
 poſuerit, ac deſudauerit vt illo perueniret. Bonam etiam fortem illi obtigiſſe canit,
 dum ſponſum ſuum in hac vntione inuenit, innuit præterea votorum illius comple-
 mentum, voluptatem ac refrigerium, quod in ipſo poſſidet, tranſactis iam labori-
 bus & anguſtijs, vitæ ac temporis antea cti, ait itaque:

Candida columbula.

Candidam columbulam animam ap-
 pellat propter candorem nitoremq; re-
 ceptum ex gratia, quam in Deo reperit:
 quæ, inquit:

*Ad arcam cum ramo eſt
 reuerſa.*

Comparat hoc loco animam colum-

bæ Arce Noë; exitum ac reditum illius
 ad arcam; metaphoricè uſurpando, vt
 denotet id, quod animæ in hoc caſu eue-
 nit. Nam quemadmodum columba e-
 greſſa ex arca Noë, ad eandem reuerſa
 fuit roſtro ramum oliuæ portans, in ſig-
 num miſericordiæ diuinæ oſtenſæ in cel-
 ſatione aquarum ſuper terram, propter
 diluuium inundatam; ita hæc anima ex
 arca omnipotentis Dei egreſſa per crea-
 tionem,

tionem, postquam peccatorum imperfectionum, pœnarum, ac laborum huius vitæ inundantes aquas ambulauit, reuertitur ad arcem pectoris Creatoris sui, portans ramum oliuæ, clementiam, scilicet, & misericordiam à Deo sibi impensam, dum ad tam eximium perfectionis statum eam perduxit, & cessare fecit aquas peccatorum in terra animæ suæ, deditq; victoriam contra omnes insultus, & impugnationem inimicorum, qui id ipsum ingiter conabantur impedire. Vnde ramus oliuæ triumphum de hostibus significat & præmium meritorum. Ac proinde non solum reuertitur nunc ad arcem Dei sui candida & nitida, prout egressa fuit in creatione, sed etiam superaddito ramo præmij, & pacis in victoria consecutæ.

*Iamq; turtur auis pudica
Socium desideratum
In ripis virentibus adinuenit.*

Turturem quoque vocat animam hoc loco, vt pote qua in hoc casu se gessit instar turturis, cum auitum socium reperit. Vt autem hoc melius percipiatur, sciendum est, quod de turture scribitur: Nimirum, quod quamdiu consortem non inuenit, nec supra ramum virentem consistit, neque lucidam, & argenteam aquam bibit, neque subtus vmbra quiescit: At vero vbi coniungitur sponso, his omnibus fruitur. Quas omnes proprietates

etiam anima experitur in se: Etenim priusquam pertingat ad hanc spirituale coniunctionem cum dilecto suo, debet carere velle omnibus illecebris, quod est supra ramum viridem non sedere; debet etiam omnem gloriolam gustumque mundialem respuere, quod est, claram & argenteam aquam non bibere: denique debet quouis mundi refrigerio, & favore mundano priuari; hoc est subtus vmbra non quiescere, nullibi pausare volendo; imo pro solitudine rerum omnium gemendo, & suspirando, donec sponsum inueniat. Iam vero, quia huiusmodi anima, priusquam ad hunc statum perueniret, hoc tenore, instar turturis requirebat Dilectum suum, nullibi inueniendo, nec inuenire cupiendo solatium, nec refrigerium, quam in solo illo; idcirco concinit hoc loco idem sponsus molestiarum, ac fatigationum periodum, ac desideriorum eius complementum dum ait: *Iam turtur socium desideratum in ripis virentibus adinuenit*; id est, iam sedet supra ramum viridem, sese oblectans in dilecto suo. bibensque aquam claram, sublimis contemplationis & sapientiæ Dei, & argenteam, hoc est, refrigerium, quod habet in ipso; confugit etiam subtus vmbra protectionis, & fauoris illius, quod ipsa tantopere experiuerat, vbi sapidè, diuinitusque consolatur ac reficitur; quem admodum in Canticis ea de re latatur, cum ait: *Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedî, & fructus eius dulcis gutturi meo.*

Cam. 2. 3.

CANTVS TRIGESIMVS-
QVINTVS.

CANCION XXXV.

SENSVS.

*En soledad vivia,
Y en soledad ha puesto ya su nido
Y en soledad la guia
Asolas su querido
Tam bien en soledad de amor horido.*

*In solitudine vivebat,
Et in solitudine posuit nidum suum,
Et in solitudine eam ducit,
Solus eius dilectus,
Etiam in solitudine amore sauciatus.*

EXPLANATIO.

Prosequitur Sponsus, indicatque iucunditatem, quam percipit ex solitudine, quam sentiebat anima, antequam ad hanc vnionem perueniret, nec non lertiam, qua afficitur, ex recessu omnium molestiarum, laborum & impedimento- rum, quo nunc gaudet, post tranquillam, & suauem mansionem factam in amato suo, & rebus omnibus, earumque molestijs expedita iam & aliena. Ostendit insuper gaudere se, quod recessus iste, quem habet anima, extiterit dispositio congrua, vt deinceps vere dirigatur, & moueatur à Sponso, quod hactenus fieri non poterat, eo quod nondum posuerat nidum suum in solitudine, hoc est, nondum acquisierat perfectum habitum, & virtutem solitudinis, vbi anima à spiritu Dei mouetur, & ad diuina ducitur. Neque solum dicit, quod ipse eam dirigat in ista solitudine, sed præterea ait, quod ipse solus hoc præstet, sese illi communicando, absque alijs medijs Angelorum, vel hominum, specierum, vel figurarum; exceptis notitijs enumeratis, Secundo Versu Cantus 33. cum non mirus ipse illius amore sauciatus sit in hac eius solitudine, ac libertate spiritus, quam habet mediante recessu prædicto, quam illa, in eum ardenti amore fertur; gratissima enim est illi solitudo, siue recessus: ait itaque,

In solitudine vivebat.

Turtur prædictus, nempe anima, degebat in solitudine, priusquam in hoc statu vnionis, dilectum inueniret. Animæ siquidem Deum expetenti, nullius rei confortium, solatium, aut veram societatem adfert: quin potius, donec illum inueniat omnia creata maioris solitudinis causa sunt.

Et in solitudine posuit nidum suum.

Solitudo, in qua prius degebat, erat (prout de turture diximus) carere velle, ob amorem Sponsi sui, omnibus mundi bonis, perfectioni propriæ studiosè insistendo, & acquirendo solitudinem perfectam, qua peruenitur ad vnionem cum verbo, atque aded ad completam quietem, ac refrigerium, quod hoc loco significatur per nidum, qui quietem denotat. Itaque perinde est ac si diceret: in ista solitudine, quam antea incolebat, cum labore & angustia, sese in illa exercens, eò quod nondum perfecta esset; in ea inquam solitudine, quietem

*Recessus
solitudinis
Deo gratia.*

requiem ac refrigerium suum constituit, eò quod iam illud perfecte acquisierit in Deo. Vnde David in sensu spiritali loquens ait: *Etenim passer inuenit sibi domum, & turur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.* id est, inuenit stabilitatem, ac sedem in Deo, ubi appetitibus, & potentijs satisfaciat.

Et in solitudine eam ducit.

Id est, in ista rerum omnium solitudine, quam habet anima, in qua sola cum Deo versatur, ab ipso ducitur & mouetur, & ad res diuinas erigitur: mouet nimirum intellectu ipsius ad Deificas intelligentias, quippe qui alijs quibusuis contrarijs, ac peregrinis intelligentijs, solus iam ac nudatus existit: voluntate etiam ad Dei amorè liberè mouet; ut pote quæ sola iam & immunis sit alijs affectibus: memoriã quoque replet notitijs diuinis: eo quod ipsa etiam sola & vacua sit alijs imaginibus & phantasmatis. nam ubi anima expedit & euacuat has potentias rebus omnib. inferioribus, necnon adhesionem ac proprietatem erga superiores, solas & inanes eas relinquendo; protinus occupantur à Deo, circa inuisibilia & diuina, idemque eam dirigit in hac solitudine. quod asseruit S. Paulus de viris perfectis, qui, *Spiritu Dei aguntur* &c. quod est idem, ac dicere: in solitudine eam ducit, ac dirigit.

Solus eius dilectus.

Hoc est, non tantum eam dirigit in hac ipsius solitudine, sed etiam ipse solus operatur in ea, absque villo medio. hoc quippe proprium est huius vnionis anime cum Deo, in matrimonio spiritali, quod deus agit in illa, eique sese communicat, non quidem Angelorum ministerio, ut prius, neque naturalis habitatis interuentu, sed per seipsum. Sensus namque tum externi, tum etiam interni & creata omnia, imo ipsamet anima valde parum conferunt ad

hæc eximia, & supernaturalia dona, quæ Deus præstat in hoc statu, recipienda: non enim subduntur habilitati naturalique operationi ac diligentie anime; sed ipse solus in illa, & cum illa, hoc præstat; quod ideo fit, quia solam reperit, prout dictum est; ac proinde nullam aliam societatem eam habere vult, nec alteri perficiendam, quam sibi soli, concedit. Equum etiam est, ut quandoquidem anima reliquerit, omnia, ac per omnia media transferit, ad Deum super omnia ascendendo, ipse quoque Deus sit dux, & medium illius ad se. Cumque anima in solitudine rerum omnium, conscenderit super omnia, nihil æquè deinceps illi prodest, ut ascendat superius, ac idem verbum Sponsus. Porro is tam ardentem amore fertur in animam, ut ipse solus velit illi dona ista præstare: vnde protinus subdit:

Etiam in solitudine amore sauciatus.

Quonia anima propter amorè Sponsi, sola & procul omnibus rebus remansit, idcirco vehementer ipse adamauit eam in ista solitudine, prout etiam ipsa in solitudine eius amore capta, & in eadē solitudine illius amore saucia relicta est; propterea non vult eam solā relinquere; quin potius ipse illius amore saucius, in solitudine, quā habet ob gratiã sui, solus seorsum eam regit, se ipsum illi concedens, voraque; illius adimplens. Quod utique non operaretur in illa, nisi in solitudine reperisset. Quapropter idē Sponsus dicit per Oseam Proph. de anima: *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Nam in eo quod ait, quod ad cor ipsius loquetur, significatur traditio sui, ipsi anime: loqui enim ad cor, est cordi satisfacere, cui verè alius non satisfacit, quam solus Deus.

13.
Joann
a Cru

Oper.
mysti.
NV
122

CANTVS TRIGESIMVS
S E X T V S.

CANCION XXXVI.

Goze monos amado
Y vanonos auer entu hermosa
Al monte, d al collado
Do mana el agua pura
Entremos mas adentro en la espesura.

SENSVS

Colletemur dilecte
In tua pulchritudine nos inspicere eamus
Ad montem siue ad collem
Vnde manat aqua pura,
Ingrediamur interius densitatem.

DECLARATIO.

Completam iam perfectam vnione amoris inter Deum & animam, cupit illa excedendis amoris proprietatibus incumbere. Ipsa itaque loquitur in presentem cantu cum sponso, tria, quae amori propria sunt, ab illo requirens. Primum est: velle incipere gaudium & suauitatem amoris: & hoc petit, cum ait: *Colletemur dilecte.* 2. est: optare assimilari dilecto: quod postulat, dum ait: *Eamus nos inspicere in tua pulchritudine.* 3. est: velle scrutari & nosse res, & arcana eiusdem amati: & hoc flagitat, quando dicit: *ingrediamur interius densitatem.* sequitur versus.

Colletemur dilecte.

Nimirum in communicatione dulcedinis amoris, non solum in ea, quam habemus in ordinaria ad inuicem connectione & vnione, verum etiam in ea, quae redundat in exercitium affectiuum, & aequaliter amandi: siue interius per voluntatem actibus affectiuis, siue exterius exercendo opera dilecti obsequium concernentia. Amor enim, vbi incedit hanc, prout diximus, proprietatem fortitur, quod semper cupit experiri illius gaudia ac dulcedines, quae sunt exercitium interius, exteriusque amandi, vti diximus: Quod idcirco facit, vt dilecto similior fiat: & sic statim subdit:

In tua pulchritudine nos inspicere eamus.

Hoc est, ita nos geramus, vt, hoc praefato amoris exercitio mediante, pertin-

gamus ad videndum nos in tua pulchritudine. i. assimilemur in pulchritudine: autem pulchritudo tua talis, vt dum alter alterum intuetur, tibi assimilatur in pulchritudine tua, & se ipsum conspiciat in tua pulchritudine: quod fiet, si transmutaueris me in tuam pulchritudinem: & sic videbo te in pulchritudine tua, & tu vicissim videbis me in tua pulchritudine, tu quoque videbis te in me, in pulchritudine tua, & ego inspiciam me ipsam in te, in tua pulchritudine. Et sic videar ego tu, in pulchritudine tua, & tu videaris ego in tua pulchritudine: & pulchritudo mea sit tua pulchritudo, & pulchritudo tua sit pulchritudo mea, erog; ipsa vnum tecum in tua pulchritudine, & tu eris vnum mecum in tua pulchritudine, siquidem pulchritudo tua, erit etiam mea pulchritudo. Hæc est adoptio filiorum Dei, qui veraciter dicent Deo, quod idem Filius apud lo-

annem dixit æterno Patri, his verbis: *Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.* ille quidem per essentiam, cum sit eiusdem filius naturalis, nos vero per participationem, cum simus filij adoptiui; quod dixit non propter se tantum, qui caput erat, sed etiam propter suum corpus mysticum, quod est Ecclesia.

Ad montem siue ad collem.

Hoc est, ad notitiam similem illi, quam Theologi matutinam appellant, quæ est cognitio in verbo diuino, quod hic montis nomine subintelligitur: Verbum quippe diuinum, est Dei altissima & essentialis sapientia, vel certe eam ad notitiam vespertinam, quæ est Dei sapientia in suis creaturis, operibus, & admirandis ordinationibus, quæ sapientia hoc loco delignatur per collem, qui monte demissior est. Cum igitur ait anima, pergamus videre nos in pulchritudine tua ad montem, est idem ac dicere, similem me facito & informa me diuinæ sapientiæ pulchritudine, quæ, sicuti diximus, est filius Dei. Cum vero ait, vel pergamus ad collem, est petere, informari etiam sapientia, & mysterijs ipsius, in creaturis & operibus, quæ etiam est pulchritudo, qua se anima illustratam videre cupit. Nequit anima se ipsam videre in Dei pulchritudine, eique in pulchritudine similis apparere, nisi per transformationem in Dei sapientiam, in qua superiora videntur ac possidentur, in quantum fieri potest in hac vita; idcirco ire optat *ad montem vel ad collem.*

Vbi manat aqua pura.

Id est: vbi notitia & sapientia Dei (quam hic aquam nominat) pura alijsque accidentibus & phantasmatis niuida & denudata, clara etiam, nullisque rebus ignorantia obuelata intellectu

confertur. Hoc desiderio clarè & purè intelligendi veritates diuinas assidue, stimulatur anima, & quo vehementius amat, eò etiam illas intimius penetrare cupit: ideoque tertium postulat, dicens:

Penetremus interius densitatem.

Densitatem, scilicet operum admirabilem & profundorum iudiciorum tuorum, quorum tanta est multitudo, tantaque diuersitas, vt non incongruè densitas nuncupari possit: includunt siquidem copiosam sapientiam tot mysterijs redundantem, vt non tantum densam, verum etiam coagulata dicere possimus; iuxta dictum Davidis aientis: *Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis.* Porro densitas ista sapientiæ & scientiæ Dei, tam est profunda & immensa, vt quantumuis anima plura de illa cognoscat, semper nihilominus interius ingredi potest, vt pote quæ sit immensa, eiusque diuitiæ incomprehensibiles: quemadmodum D. Paulus exclamat dicens: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Veruntamen anima cupit hanc densitatem, & incomprehensibilitatem iudiciorum & viarum penetrare, quia deficit præ desiderio intrandi penitus ad illorum cognitionem; illa siquidem cognoscere, est delectatio inæstimabilis exuperans omnem sensum. Hinc David dulcedinem eorum describens ait: *Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauum: etenim seruus tuus custodit ea.* ac propterea summopere cupit anima prouchi in altum istorum iudiciorum, & interius illa cognoscere: quod vt obtinere possit, summa cum læticia & consolatione vniuersas mundi angustias ac labores

Dei iudicia & opera densitas

Pf. 67. 26.

Rom. 11. 27.

Psal. 18.

bores

lis
ce

a
ca
T

bores intraret; nec non per omne illud, quod ad hoc consequendum, medium esse posset, quantumvis difficile, ac molestum. itaque etiam in hoc versu subintelligitur densitas laborum ac tribulationum, quam etiam anima ingredi desiderat, quando ait:

Penetremus interius densitatem.

Nemo potest intrare densitatem operis Dei, nisi prius intraret densitatem laborum.

Laborum videlicet & pressurarum, eo quod sine medio ad intrandum densitatem iucundæ sapientiæ Dei: nam acrior cum laboribus pugna, puriorem intelligentiam adducit, atque adeo puriorem sublimioremque fruitionem; quia à radice interiori procedit. Idcirco cõmuni, & vulgari patiendi modo minimè contenta, ait: *Ingre diamur interius densitatem.* Hinc S. Iob hoc genus patiendi desiderans dixit: *Quis det ut veniat petitio mea, & quod exspecto, tribuat mihi Deus, & qui cõp̄it, ipse me*

conterat; soluat manum suam & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolere non parcat. O utinam tandem homines agnolcerent, esse omnino impossibile pervenire ad densitatem sapientiæ & divitiarum Dei, nisi tottando prius densitatem laborum, multipliciter patiendo, ita veranima, ea in se solamen ac desiderium suum reponat! Utinam insuper cognolcerent, quemadmodum anima, quæ serio concupiscit sapientiam, verè prius operari intrare densitatem crucis, quæ est via vite, per quam pauci ingrediuntur! communi siquidem est omnibus, optare ingredi densitatem sapientiæ, divitiarum & deliciarum Dei; at verò desiderium intrandi densitatem laborum & dolorum propter Dei filium, paucorum est: sicut multi velent esse in termino vite, non confecto itinere intermedio, quod ad terminum ducit.

CANTVS TRIGESIMVS.

SEPTIMVS.

CANCION XXXVII.

SENSVS.

*¡Luego alas subidas
Cavernas de la piedra nos iremos
Que estan bien escondidas
Y alli nos entraremos
¡ el mosto de granadas gustaremos.*

*Et mox ad sublimes
Petra cavernas simul ibimus,
Qua bene sunt recondita
Et illuc intrabimus,
Et granatorum mustum degustabimus.*

DECLARATIO.

VNa ex rationibus, quæ præ cæteris mouet animam, vt ingredi cupiat hanc densitatem sapientiæ & iudiciorum Dei, intimeque penetrare sp̄s̄iudine in laborum, vt diximus, ea est: vt intellectum suum vnire possit, & alta incarnati verbi in vltima intelligere tanquam sublimiorem, sibi que sapidiorem sapientiam: ad cuius subli-

mem noticiam non peruenitur, nisi post ingressum in prædictâ densitatem sapientie & experientie laborum. Ait itaque Sponsa in hoc cantu, quod post intimum ingressum in hanc sapientiam & labores, ad Dei & hominis alta mysteria intelligenda procedent, quæ sublimiori sapientiâ referta, & in Deo magis sunt recondita: ait præterea illuc se ingressuros, animâ sese illis immergente atque infundente, fruuntur etiam & gustabunt ipsa unâ cum Sponso suauitatem ex illorum notitia & cognitione manantem: fruuntur quoque & gustabunt virtutes & attributa Dei, quæ medijs hisce mysterijs in Deo innotescunt, nempe iustitia, misericordia, sapientia &c.

*Et mox ad sublimes
Petra cauernas simul ibi-
mus.*

Petra, de qua hic loquitur, est Christus, vt D. Paulus ait ad Corinthios: *Petra autem erat Christus.* Cauernæ sublimes sunt cella, alta, profundaque mysteria in Dei sapientiâ, quæ est in Christo, propter vnionem hypostaticam humanæ naturæ cum verbo diuino: tum etiam analogia intercedens inter vnionem hominum in Deo, & hanc hypostaticam vnionem; nec non in conuenientijs iustitiæ & misericordie Dei, quæ ibi reperiuntur super salutem humani generis in manifestatione iudiciorum ipsius: quæ quod tam alta sint, tamque profunda, satis congruè cauernæ nuncupantur. Alta quidem propter cellitudinem mysteriorum; cauernæ vero propter profunditatem sapientie; quemadmodum enim cauernæ sunt profundæ, & habent plures sinus; ita quodlibet mysterium humanitatis Christi profundissimum est in sapientia, habetque plurimos sinus iudiciorum suorum occultorû, prædestinationis ac præscientiæ erga filios hominum, propterea statim subdit:

Quæ bene sunt recondita,

Viq; adeo, vt licet plura mysteria & mirabilia Doctores sancti detexerint, & animæ deuotæ in huiusmodi vitæ statu cognouerint, adhuc tamè illis potior parse-

nuntiâda, imo & intelligenda restat: quare profundè fodiendum est in Christo, qui est instar fodinæ abundantis, plurimos thesaurorum sinus habetis, vbi quantumuis altè quis fodiat, non inuenitur finis, neque terminus eorum, imo in quolibet sinu nouæ venæ nouarum diuiciarum hinc & illinc reperiuntur. Propterea enim Diu. Paulus de eodem Christo ait: *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi.* Quos thesauros ingredi nequit anima, nec ad illos perungere valet, nisi prius transeat (sicut diximus) & ingrediatur densitatem laborum, interius exteriusque patiendò: & plurimâ à Deo beneficia intellectualia & sensibilia recipiendo, & nisi diuturna spiritalis exercitatio præcellerit. Hæc quippe omnia inferiora sunt & dispositiones ad sublimes cauernas cognitionis mysteriorum Christi; quæ est altissima sapientia, quæ in hac vita obtineri potest. Hinc Moyse petenti vt ostenderet sibi gloriam suâ respondit: *Non videbit me homo & viuat: sed ego ostendam omne bonum tibi,* id est, quod in præsentia vita videri potest. Quod ita factum est: nam constituto illo in foramine petreæ, quæ est Christus, vt diximus, posteriora sua illi ostendit, quod nil aliud fuit, quam mysteriorum operum suorum noticiam conferre, præsertim vero mysteriorum incarnationis filij sui. Hæc itaque foramina perfectè ingredi cupit anima, vt sese absorbeat inebriet & omnino transformet in amore

notitiarum illorum, in sinu Dilecti sui delitefcendo. Ad ista foramina illam inuitat in Canticis dicens: *Surge amica mea, speciosa mea, & veni, colamba mea, in foraminibus petrae, in cauerna maceria;* quae foramina sunt cauernae, de quibus agimus, & de quibus ait hoc loco Sponsa:

Et illuc intrabimus.

Illuc, videlicet notitias illas diuinorum mysteriorum ingrediemur, neque dicit intrabo sola, sed intrabimus, Dilectus, scilicet & ipsa ad significandum, non eam duntaxat hoc opus efficere, sed sponsum cum ipsa. Praeterea quia in hoc statu matrimonij spiritualis, de quo loquimur, Deus & anima ad inuicem sunt vniti; ideo circo nullum Anima facit opus sola sine Deo: Porro id, quod ait: *illuc intrabimus*: tantum est, ac si dicatur, ibi transformabimur ad inuicem in transformatione nouarum notitiarum, actuum & communicationum amoris. Nam etiam si anima, cum ista dicit, sit transformata, ratione praedicti status, hoc tamen non obstat, quin possit in hoc statu habere nouas illustrationes & transformationes nouarum notitiarum, lucisq; diuinae: imo frequentissime sunt illustrationes nouorum mysteriorum, quas Deus animae communicat, in perpetui communicatione facta inter ipsum & animam, imo in seipso idem ei communicat: ipsa vero quasi de nouo illum ingreditur secundum notitiam illorum mysteriorum, quae in illo cognoscitur atque in noua illa cognitione, ardentissimo ac sublimissimo modo eum amat, sese in illum transformans, secundum nouas illas notitias, sapor etiam & delectatio; quam tunc denuo percipi, est omnino ineffabilis, de qua loquens in subiecto versiculo ait:

Et granatorum mustum

degustabimus.

Granata significant diuina Christi mysteria & alta Dei iudicia, tum etiam virtutes & attributa, quae ex horum mysteriorum notitia cognoscuntur esse in Deo. Quemadmodum enim granata habent plurima exigua grana, orta & innixa in sphaerico illo sinu, ita quaelibet virtus, & attributum, mysterium & iudicium Dei, continet in se maximam multitudinem granorum, effectuum & ordinationum Dei admirabilium, quae continentur sustentantur in illo sphaerico seu circulari sinu virtutis & mysterij ad illos effectus pertinentis. Consulto autem hic notamus figuram circularem siue sphaericam granati: nam vnumquodque granatum hoc loco denotat vnicam virtutem & attributum Dei, quod attributum seu virtus Dei, est ipse Deus, qui per figuram circularem siue sphaericam exprimitur, eo quod careat principio & fine. Mustum autem horum granatorum, quod simul gustare ait, est fructio, quam anima recipit in quantum in praesentis vitae statu est possibile ex notitia & cognitione illorum, nec non diuini amoris voluptas, quam in eis praelibat. Et sicut ex multis granatorum granis vnicum duntaxat mustum profuiturata ex his omnibus Dei mirabilibus & magnalibus cognitis, oritur ac redundat in ipsam animam vnica fructio & delectatio amoris, quem ipsa summa voluntatis tenentudine protinus offert Deo. Hoc illa in canticis promissit Sponsa, si ad has eminentes notitias degustandas introduceretur ab illo, dicens: *ibi me dabo, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum*: sua, dixit, licet Dei sint, eo quod ipse illa donauerit, sed anima tanquam rem propriam ea redonat ipsi Deo: quod indicare voluit,

B.
Joann
a Cru

Oper.
mysti.
NV
122

cum ait: Et granatorum mustum degustabimus. Dum enim Sponsus illud gustat, anima gustandum præbet, & dum anima illud libat, sponso vicissim gustandum exhibet, & sic gustus est vtrique communis.

CANTVS TRIGESIMVS- OCTAVVS.

CANCION XXXVIII.

*Alli me mostrarias
A quello, que mi alma pretendia
T luego me darias
Alli tu vida mia
A quello que me diste el otro dia.*

SENSVS

*Illic mihi monstrares
Id quod anima mea ambiebat,
Et statim mihi donares
Ibidem tu, ô mea vita,
Id quod dederas altera die.*

DECLARATIO.

SCopus animæ cupientis ingredi præfatas cauernas erat perfectè pertingere ad illud quod semper ambiuerat (saltem in quantum huius vitæ status id patitur) integrum, videlicet perfectumque amorem, qui in tali communicatione confertur. Intendebat insuper perfectè consequi, quoad spirituale, rectitudinem ac munditiem status iustitiæ originalis. Itaque duo asserit in hoc cantu: Primum est quod ibi, nimirum in transformatione illa notitiarum ostenderet id, quod anima in cunctis actibus & intentionibus suis ambiebat: quod est, eam edocere perfectè diligere Sponsum suum, sicut illi seipsum amat, vnâ cum cæteris quæ in sequenti cantu dilucidat. Secundum est, quod ibi etiam confertur munditiem ac puritatem, quam ei contulerat, in Protoparentibus in statu iustitiæ originalis, vel quam ei donat in die quo baptizatur, sic eam profus emundando à cunctis imperfectionibus ac tenebris, quemadmodum tunc mundata fuit.

*Illic mihi monstrares
Id quod anima mea ambiebat.*

Ambitio ista, est æqualitas siue vnio amoris. Amans enim nequit esse contentus, nisi percipiat se tantum amare, quantum amatur. Iam verò cum anima videat veritatem atque immensitatem amoris, quo diligitur à Deo, vellet etiam ipsa (si posset) nõ minus alto, ac perfecto modo eum diligere, atq; in hunc finem optat a-

qualem transformationem. Non enim potest anima peruenire ad hanc æqualitatem, & integritatem amoris, nisi per omnimodam transformationem voluntatis suæ cum diuina: in quâ transformatione ita ad inuicem copulantur voluntates, vt è duabus vna resultet, eo sensu quo loquitur Apostolus. *Viuo, ego, iam non ego, viuit vero in me Christus.* Itaq; in hoc sensu intercedit æqualitas amoris: quia voluntas animæ in Dei voluntatem conuersa, iam tota est voluntas Dei: non enim perijt voluntas

Gal. 2. 20.

Iii 2. animæ

animæ, sed Dei voluntas facta est: ac proinde anima Deum amat voluntate Dei, quæ in sensu dicto est etiam voluntas ipsius: ideoque altissimo eum diligit amore per Spiritum sanctum infuso, prout Apostolus ait, his verbis: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Animaduertendum est autem quod non ait hoc loco anima, Illic mihi dares, sed illic mihi mōstrares; Nā etiam si verè amorem suum illi donet, dicitur tamen valde proprie ei monstrare seu docere amorem, hoc est, docet eam amare Deum, sicut ille seipsum amat: dum n. Deus nos primum amat, docet nos amare puro & integro amore, sicut ille nos amat. Et quia in hac transformatione Deus sese cōmunicando animæ, ei monstrat amorem, quod absolutū, generosum ac purum, quo amabilissimè sese illi totum cōmunicat, eā transformās in se; in quo suum proprium amorē illi dat, quo illa vicissim illū amet (vti dicebamus) propterea proprie dicitur eam docere amare, quod est quasi instrumētum in manibus illius ponere, & innuere quomodo illud debeat exercere. Vnde anima in hoc statu, altissimo amore amat Deum non absimili illi, quo ab ipso amatur. Hinc est quod non solum anima sic docta amare, sed etiam amandī magistra effecta, eidem amoris magistro vnita; atq; adeo satisfacta & contenta. quamdiu enim ad istum amorem nō pertingit, minimè cōtenta est. Hoc est Deum complete amare, eodē quo seipsum amat amore, in sensu dicto de modo viuendi. D. Pauli: quod tamen in hac vita perfectè

Rom. 5. 5.

Deus docet animā amorem.

fieri nequit, licet in statu perfectionis, nempe matrimonij spiritualis, de quo loquimur, aliquo modo possit. Ex hoc autem amore perfecto, confestim resultat in animam intimus & substantialis iubilus in Deo: videtur enim (& reuera sic est) quod tota animæ substantia perfusa gloria Deum magnificet; sentit etiam per modum fruitionis suauitatem intimam quæ prorumpere eam facit in actus laudis, reuerentiæ, æstimationis, & magnificentiæ diuinæ, cum ingenti gaudio amori permixto. Cæterum hoc æquum ita accidit, nisi Deus in præfata transformationis statu contulerit animæ maximam puritatem, similem illi status innocentie, vel lauacri baptismalis: quam etiam sibi à Sponso illico donandam ait in eadem transformatione, dum dicit.

Et statim mihi donares

Ibidem tu, o mea vita

Id, quod dederas, altera die.

Statum iustitiæ originalis & diem baptismi, in quo anima puritatem recipit, diem alteram vocat, hanc puritatem Sponsus sibi daturum ait in hac vnione amoris, etenim sicut iam diximus, hucusque pertingit anima in hoc statu perfectionis.

os(o)so
fi

CAN-

CANTVS TRIGESIMVS- NONVS.

CANCION XXXIX.

SENSVS.

El aspirar del ayre
 El canto dela dulce Filomena
 El foy y su donayre
 En la noche serena
 Con llama que consume, y no da pena.

Suavis aura spiratio
 Dulcis philomela cantus,
 Nemus eiusque festiuitas
 In nocte serena
 Cum flamma consumente, nec molesta.

EXPLANATIO.

DVo diximus Sponsam expetere in antecedenti cantu. Primum id quod ambiebat. Secundum quod die altero illi donauerat, de hoc secundo nil aliud agendum restat, utpote quod à nobis iam explanatum sit. Nunc vero in hoc cantu explicat quod primo ambiebat: nam non solum est amor perfectus, de quo ibidem diximus, sed etiam, prout ibi annotauimus, quidquid in præfenti cantu continetur, hoc est, idem amor, & quod illius ministerio animæ communicatur. Quapropter quinque hoc loco assignat, quibus comprehendantur omnia, quæ ibidem indicare voluit se ambire. Primum est *aura spiratio*, qui est amor prædictus, quem potissimum præterdit. Secundum, *Cantus Philomela*, qui est iubilus in laude Dei. Tertium, *nemus*, eiusque festiuitas, hæc est creaturarum cognitio & earum dispositio. Quartum, *contemplatio pura & sublimis*. Quintum, *flamma videlicet consumens, nec molesta*, quæ continetur in primo; est quippe flamma, suaui transformationis amoris, in possessione rerum omnium.

Aura spiratio.

Hæc aptitudo seu habilitas quam possidet anima ad amandum perfectò modo, vocatur hoc loco *Spiratio aura*, eò quod sit delicatissimus quidam tactus ac sensus, quem anima ea tempestate percipit in communicatione Spiritus sancti; qui per modum sublimiter aspirantis subleuat illa aspiratione sua animam, eamque informat, ut ipsa vicissim ad Deum aspiret altissimam aspirationem amoris similem illi quam Pater aspirat in filium, & filius in Patrem, quæ est Spiritus sanctus ipsi animæ datus in prædicta transformatio-

ne. Non enim esset vera transformatio, nisi anima vniretur etiam & transformeretur in Spiritum S. quamuis propter vitæ huius vilitatem id non fieret clarè ac manifestè: quod tam est animæ gloriosum, ac delectabile, ut à mortali lingua effari nequeat, neque humanus intellectus id assequatur. Cæterum anima vnita & in Deum transformata aspirat in Deo ad Deum altissimam quandam aspirationem diuinæ similem, quam Deus in illa manens aspirat in semetipso tanquam ipse exemplar; quod quantum capio, significare voluit S. Paulus, cum dixit: *Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum Gal. 4. 6.*

lii 3, filij

B.
Joann
a Cru

Opera
mysti
NI
129

filij sui in corda vestra, clamantem Abba Pater. Quod in viris perfectis accidit praedicto modo. Nec mirum est, quod rem adeo sublimem animam praestare possit: supposito enim, quod Deus hoc illi conferat beneficium, ut ad Dei formam unionem in Sanctissima Trinitate perveniat; cur quae so incredibile sit ipsam efficere opus suum intelligentia, notitia & amoris in Trinitate, una cum ipsa Trinitate, idque maxima cum similitudine ad ipsam, participatiue tamen, id ipsum Deo in ea operante? Quomodo autem hoc fiat, nulla alia potentia nec sapientia exprimi potest, quam demonstrando, quemadmodum Dei filius hunc nobis sublimem statum & locum obtinuit atque promeruit, quando apud D. Ioannem dixit ad Patrem: *Pater, quos dedisti mihi, volo ut vbi sum ego, & illi sint mecum: efficiendo nimirum idem opus quod ego facio, per participationem.* Ait praeterea: *Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus, quia tu me misisti. & ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus, ego in eis, & tu in me, ut sint consummati, & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* Quod fit communicando illis eundem amorem, quem communicat Filio, non tamen naturaliter sicut Filio, sed prout diximus, per unitatem & transformationem amoris: sicut nec etiam hinc intelligitur, quod filius dicat Patri, ut sancti sint unum essentialiter & naturaliter, sicut Pater & Filius unum sunt; sed solum vult dicere, quod sint unum per unionem amoris, quemadmodum Pater & Filius unum sunt in unitate amoris; unde animae eadem bona possi-

Jo. 17. 24.

ibid. n. 20

dent per participationem, quae ille possidet per naturam: quapropter reuera Dij sunt participatiue, similes atque consortes eiusdem Dei. Hinc Dominus Petrus dixit: *Gratia vobis, & pax aeterna, impleatur in cognitione Dei & Christi. IESU Domini nostri: quomodo omnia nobis dixit virtutis suae, quae ad vitam & pietatem donata sunt, per cognitionem eius, qui vocavit nos propria gloria & virtute, per quem maxima & preciosa nobis promissa donavit, ut per haec efficiamini diuinae consortes naturae; quod ita accidit sicut diximus, animam esse in opere participem cum Trinitate in hac praedicta vnione, quod licet perfectae adimpleatur in futura vita, nihilominus tamen etiam in hac, non mediocre eius vestigium ac praehabito obtinetur in statu perfectorum, eo sensu, quo loquimur, tamen res sit omnino ineffabilis. O animae ad fruendum eximie huius muneribus creatae! quid agitis circa quae versantur studia vestra? O miserandam filiorum Adae cecitatem, si quidem tanto circumfusi lumine creantur, & ad voces tam ingentes oblitescunt! quam diu enim magnificentiam & mundi gloriam aucupantur, miseriter remanent & abiecti tantorum bonorum indigni.*

Dulcis Philomela cantus.

ORITUR in anima ex illa aera inspiratione dulcis philomela cantus, quemadmodum enim cantus philomela, quae & luscinia dicitur, auditur tempore veris, transactis iam hyemis rigoribus & pluuijs, atque melodia sua auditum demulcet ac spiritum recreat; ita Sponsa in hac actuali communicatione

& transformatione amoris protecta, expedita, purgataque ab imperfectio-
nibus, molestijs, nebulisque conna-
turalibus, sentit in spiritu suo nouum
ver, vbi audit dulcem sponsi vocem,
quiesc dulcis ipsius philomela, animæ
suz substantiam recreantem ac reno-
uantem his verbis: *Surge, propra a-
mica mea, columba mea, formosa mea
& veni, iam enim hyems transijt, imber
abiit & recessit, flores apparuerunt in
terra nostra, tempus putationis aduenit,
vox turturis audita est in terra nostra.* In
hac Sponsi voce loquente in intimo
animæ, sentit sponsa malorum finem,
& bonorum exordium, cuius refri-
gerio, protectione ac lapido sensu
emittit etiam ipsa anima vocem su-
am suavis philomelæ ad Deum no-
uo cantu, vna cum ipso Deo illam
efficiente. Idcirco enim sponsus vo-
cem suam tribuit animæ, vt ipsa v-
na secum ad Deum emittat vocem
suam; id enim ille ambit & cupit:
Prout idem sponsus in Canticis op-
tat; dum sponsam alloquens ait: *Sur-
ge amica mea, speciosa mea & veni:
columba mea in foraminibus petra, in
cauerna maceria, ostende mihi faciem
tuam, sonet vox tua in auribus meis;
vox enim tua dulcis & facies tua deco-
ra.*

Dei aures denotant hic desideria
Dei, vt ipsum perfectè laudemus. Vox
etenim quam à sponsa hoc loco re-
quirit, est laus perfecta & iubilatio
ad Deum: quæ vt vndequeque per-
fecta sit, dicit sponsus, vt eam e-
mittat & resonare faciat in cauernis
petræ, quæ sunt amorosæ intelligen-
tiæ mysteriorum Christi, quibus su-
pra diximus animam illi esse vnitam:
ex eo siquidem quod anima in hac
vniione iubilat, & collaudat Deum

vna cum ipso Deo, quemadmodum de
amore dicebamus; propterea est laus
perfecta: nam cum in statu perfectò
versetur, opera perfecta facit. Vnde
vox ista tam Deo, quam animæ dulcissi-
ma est: ac proinde sequitur: *Vox enim
tua dulcis*, videlicet, non solum tibi,
sed etiam mihi: dum enim mecum vnus
es, vocem tuam suavis philomelæ vnà
mecum ad me profers.

Nemus, eiusque festiui- tas.

Tertium, quod dicit anima, mediante
amore sibi fore demonstrandum: est,
nemus eiusque festiuitas. Nemoris no-
mine Deum hoc loco subintelligit, vna
cum rebus omnibus creatis, quæ in illo
sunt. Sicut enim arbores omnes & plan-
tæ viuunt & radicantur in nemore: ita res
creata tam cælestes quam terrestres ha-
bent radicem & vitam suam in Deo. Hoc
igitur dicit anima illic fore sibi ostenden-
dum, Deum nimirum, quærens est vita
& esse omnium creaturarum, originem
& durationem illarum, & ipsa met in il-
lo cognoscens. Nihil enim curat ani-
ma, neque æstimat, eas per viam spiritua-
lem sine illo cognoscere. Optat in super
vehementer videre festiuitatem nemo-
ris, hæc est gratia, sapientia & venustas,
quam sortitur à Deo: nec eam solum
quam habet qualibet res creata, sed et-
iam illam quam inter se efficiunt in sa-
pienti & ordinata correspondentia,
quam habent ad inuicem tum res su-
periores, tum etiam inferiores: quod
est Deum in creaturis per viam contem-
platiuam cognoscere; res profectò sum-
mopere delectabilis, eò quod sit cog-
nitio in ordine ad Deum; ac proinde se-
quitur quartum.

In nocte serena.

Nox ista in qua anima res istas videre desiderat est contemplatio: hæc enim obscura est, ideoque alias eam mysticam Theologiam vocant, id est, sapientiam Dei absconditam & secretam, in qua sine verborum strepitu & absque murmure & argumento cuiusvis sensus, quasi in silentio & quiete nocturna ac tenebris omnium sensuum, occultissime secretissimeque Deus animam instruit, ipsa nesciente, qui fiat: quod vocatur intelligere non intelligendo, non enim hoc præstat intellectus, quem agentem vocat Philosophi, cuius opus versatur circa phantasmata & formas rerum, sed sic in intellectu quatenus passivè recipit intelligentiam substantialem, quæ absque industria propria illi datur. Ac propterea hanc contemplationem noctem serenam hic appellat. Quæ admodum enim nox ideo serena dicitur, quia purgata est à nubibus & vaporibus æcis serenitati obstantibus, ita nox ista contemplationis serena est intellectuallibus oculis, & remota à cunctis nebulis, formis, phantasmatibus atque notitijs, quæ ingredi possunt per sensus: nitida etiam ac munda quibusvis affectuum appetituumque vaporibus, ac proinde est nox sensui & appetitui naturali iuxta doctrinam Philosophi aientis: *Quemadmodum enim vespertilionum oculi ad lumen solis se habent, ita intellectus anima nostra, ad ea, quæ manifestissima omnium sunt: id est, sicut obscuratur vespertilionis oculus lumine so-*

lis, ita intellectus noster obscuratur à superexcedente lumine supernaturali.

Cum flamma consumente nec molesta.

Hæc flamma est amor Dei iam perfectus in anima, absumens & transformans eam in se: atque aded amor suavis, eo quod intercedat conformitas, & satiætas utriusque partis, & ideo non est molesta ob varietatem anxiam augmenti vel decrementi, ut antea solebat esse quando anima erat incapax perfecti amoris: nunc enim habet se ad instar carbonis accensi, qui magna uniformitate similis est, & transformatus in ignem, nec amplius fumat, crepitatque ut prius, nec vitra habet atrum colorem aliaque accidentia connaturalia, quibus vestitus erat, priusquam ignis illum penetraret. Quæ omnia retinet anima non sine molestia, donec ad perfectum amoris gradum pertingat, ubi plene, perfecte, suaviterque eam possideat amor absque molestia fumi pallidum & accidentium connaturalium, in suavem tamen flammam transformatam: quæ illam consumit, & in motus, actionesque diuinas transmutet. In qua flamma Sponsus sibi demonstraturum & daturum ait Sponsa, ea omnia quæ in hoc cantu recensuit, utpote quæ illa possideat, æstimet, eisque fruatur in perfecto ac suavi amore Dei,

(:.)

CANTVS QVADRAGESIMVS.

CANCION XL.

*Que nadie lo miraua
Aminadab tan poco parecia
I el cerco sofegaua
I la caualleria
A vista de las aguas descendia.*

SENSVS.

*A nemine videbatur
Aminadab, neq. comparebat,
Obsidium mitescebat
Et equitatus
Ad conspectum aquarum descendebat.*

DECLARATIO.

IN hoc postremo cantu vult anima indicare dispositionem suam presentem, ad recipiendum dona, quibus in hoc statu fruitur, quæque à Sponso periuerat, quæ absque huiusmodi dispositione in ea, nec recipi, nec conseruari possunt. Proponit itaque amato quatuor dispositiones seu congruentias, quæ ad prædicta dona obtinenda sufficiunt, quo sic eum amplius deuinciat, vt sibi illa conferat, prout dictum est. Prima dispositio est: quod sit iam auulsa & à rebus omnibus abalienata. 2. quod iam dæmon superatus sit ac profligatus. 3. quod subditas habeat iam & subiugatas vniuersas passiones & appetitus connaturales ac spirituales. 4. & vltima dispositio est; quod reformata & purificata sit pars sensitua, & spiritali conformis effecta, adeo vt non solum non impediat, sed etiam coadunetur spiritui, bonorum illius particeps effecta, quæ omnia concinit sponsa in hoc cantu, inquiens:

A nemine videbatur

Quod idem est ac si diceret: tam solitaria, abalienata, & à rebus omnibus tam superioribus, quam etiam inferioribus auulsa est anima mea, tamque intimè ingressa est tecum per recollectionem, vt illarum omnium obtutus prorsus effugerit; ita vt nec suauitate sua ad oblectationem seu gustum eam moueant, nec miseria & vilitate amaritudinem, molestiamque inducant; dum enim anima mea ab illis vsque adeo longe distat, retrorsum valde & procul remanent à conspectu meo. neque id solum, sed etiam

Neq. Aminadab cõparebat.

Aminadab in diuina scriptura Caco-dæmonem animæ aduersarium designat,

qui innumerabili tentationum apparatu assiduè eam impugnabat & perturbabat, ne ad hanc munitissimam arcem atq; latibulum recollectionis, in vnione dilecti confugeret ac se reciperet: Vbi anima adeo fausta, victrix & in virtutibus fortis est, vt coram illa malignus spiritus comparete formidet; vnde ex eo quod talis amplexus fauore insignita, & dæmonita longè sit profligatus: tum etiam quia postquam anima dæmonem perfectè superauit, prout fecit illa quæ ad hunc statum peruenit, idcirco vltra coram illa nõ comparet: propterea optime ait: *Neque Aminadab comparebat.*

Et obsidium mitescebat.

Obsidij nomine subindicat hoc loco passiones & appetitus animæ, à quibus

Kkk

obsi-

obsidetur & oppugnatur, quamdiu non sunt omnino superati; idcirco obsidium eas vocat, quod etiam quiescente in hoc siquidem statu passiones ita compositæ sunt, & appetitus ita refrenati, ut vix molestiam aliquam inferant aut bellum.

Et equitatus.

Ante conspectum aquarum descendebat.

Aquæ denotant hic bona spiritualia, quæ animæ conferuntur in hoc statu. Equitatus verò designat potentias partis sensitivæ tum internas, tum etiam externas. Quas potentias hoc loco Sponsa descendere ait ante conspectum harum aquarum spiritualium; in hoc siquidem statu ita purificata, & ut sic loquar, quodammodo spiritualizata est pars sensitivæ animæ, ut ipsa vnâ cum potentijs ac viribus suis naturalibus, sese recipiat ad participandum & suo modo fruendum spiritualibus muneribus, quæ Deus actu spiritui communicat: prout indicare voluit David, quando dixit: *Cor meum & caro*

mea exultauerunt in Deum vivum. Est autem notandum, quod non dicit hoc loco Sponsa, equitatum descendere ad gustandas aquas, sed ante conspectum aquarum: quia nimirum hæc portio sensitivæ & ipsius potentia nequeunt essentialiter & propriè gustare bona spiritualia, eo quod neque in præsentia, neque in futura vita habeant ad hoc capacitatem proportionatam: sed per quandam spiritus redundantiam, recreationem delectationemque recipiunt, qua potentia istæ attrahuntur, ad recollectionem, in qua iam bibit anima bona spiritualia: & hoc est descendere potius ad illorum conspectum, quàm ad eorum essentialium gustum: & sic gustant redundantiam quæ ab anima illis communicatur. Dixit autem descendere, nec aliud verbum usurpat, ut significet has potentias à proprijs suis operationibus descendere ad animæ recollectionem: In quam Dominus Iesus, dulcissimus Sponsus intromittere & collocare dignetur omnes, qui invocant nomen eius.

Amen.

L A V S D E O

SPIRI-

SPIRITUALIA

OPVSCVLA
HACTENVS NONDVM
impressa.

CAVTELÆ SPIRITVALES A VERIS
Religiosis obseruandæ aduersus animæ hostes:

A V T H O R E

V. P. Fr. IOANNE A CRUCE PRIMO
Carmelita Discalceato.

RELIGIOSVS breui tempore desiderans peruenire ad sanctam recollectionem, spirituale silentium, nuditatem & paupertatem spiritus, ubi pacificum refrigerium, & Spiritus sancti delectabilis aura percipitur, ubi etiam anima vnitur Deo, ac se ipsam extricat vniuersis creaturarum obstaculis, Damonisq; astutias & deceptiones declinat, nec non seipsam, à seipsa expedit; subiectis se documentis exerceat, oportet.

Inprimis animaduertendum est, vniuersa damna, quæ incurrit anima, à prædictis aduersarijs, Mundo videlicet, Demone, & Carne proficisci. Mundus ceteris duobus imbecillior est. Damon ad cognoscendum obscurior. Caro verò omnium pertinacior, cuius aggressiones tamdiu durant, quamdiu vetus homo perseuerat. Vt au-

Kkk 2 tem

tem quemlibet istorum inimicorum quis omnino debellet, omnes tres vincat, oportet. quorum uno debilitato, & reliqui duo viribus deficiunt, quando verò omnes tres superati sunt, nullum aliud ipsi animæ superest bellum.

ADVERSUS MUNDUM.

M omnino deuites damna, quæ tibi Mundus inferre potest, tribus hisce cautelis vtaris oportet.

CAVTELA I.

Prima cautela sit: vt æquali erga omnes amore feraris, æquali obliuione: siue cognati tui sint, siue ignoti, cor tuum tam ab illis quam etiam ab his abstrahendo, imo quodammodo ab istis magis, veritus ne caro & sanguis foueantur, & viuificentur ab amore naturali, qui inter cognatos semper viget. Hunc amorem incessanter mortificare debet, qui perfectionem spiritualem adipisci desiderat. Omnes homines velut extranei & ignoti tibi sint, & hac ratione melius satisfacies obligationi tuæ erga illos, quam si affectum tuum, soli Deo debitum, eis impendas. Neminem plus altero diligas, secus enim grauius errabis. Ille siquidem maiori dilectione dignus est, quem Deus plus amat, tu autem ignoras quem Deus magis diligit. Cæterum si tu æque omnium obliuisceris, prout tibi conuenit, ad sanctam istam introuersionem consequendam, immunis eris ab errore, in amando eos, qui plus minusue amari merentur. Nihil de illis cogites, nec bona, nec mala: sed quantum fieri potest, ipsos deuita. Quod si obseruare neglexeris, non poteris esse religiosus, neque ad sanctam

recollektionem peruenire, neque imperfectiones inde procedentes declinare. Si vero hac in re indulseris tibi, recumque dispensare volueris, siue in vno, siue in alio, decipiet te Dæmon, vel tu temeripsum, sub aliquo boni, vel mali colore. si hæc feceris, securus eris, sin minus, non poteris imperfectiones & nocumta ex creaturarum adhaesione animæ aduenientia deuitare.

CAVTELA II.

Secunda aduersus Mundum cautela respicit bona temporalia. Quocirca, vt vere huius generis nocumta vitare, & excessus appetitus contemperare possis, ab omni genere possessionis debes abhorrere, nullaque rei alicuius sollicitudine angis: non cibi neque vestitus, nec alterius rei creatæ, etiam diei crastinæ: sed hanc curam altioribus applicare, inquisitioni scilicet regni Dei: hoc est, vt sis Deo fidelis: sic enim (vt ait D. Math.) *religiosa adquirentur nobis*. Equidem tui non obliuiscerentur nobis, cui de brutis cura est. hoc si feceris, silentium & pacem in sensibus consequeris.

CAV-

CAUVELA. III.

Tertia cautela summopere tibi necessaria est ad hoc, vt in monasterio cauere scias vniuersa damna circa Religiosos occurrentia. Quam quod plerique non adhibuerint, non solum animæ suæ pacem, ac bonum amiserunt, sed etiam in multa inciderunt, & in dies incidunt mala, & peccata. Hæc igitur sit cautela, vt nimirum caueas omni studio cogitare, & multo magis loqui de his, quæ religiosum aliquem nominatim concernunt, non de illius indole, non de conuersatione, non denique de illius rebus, etiam grauioribus, nec sub prætextu zeli, aut emendationis aliquid dicas alteri, quam ei, cui suo tempore id dicere expedit. Nunquam etiam scandalum patiaris, aut mireris, quidquid demum videas audias: sed animam tuam in obliuione omnium istorum immunè serua. licet enim viuas inter Angelos, dum alios curiosè attendis, multa tibi videbuntur non bona, eo quod illorum substantiam nõ percipias. Quapropter statue tibi exemplum vxoris Loth, quæ quod in Sodomitaram excidio conturbata retrospexerit, quidnam ageretur contemplatura, punitione diuina, in statuam & petram salis conuersa fuit: Vt ex eo intelligas, Dei voluntatem esse, quod licet inter Dæmones viuas, ira tamen te inter illos vi-

uere vult, vt ne quidem ad ipsorum facta cogitationis caput retrovertas, sed ea, tanquam ad te minime pertinentia, omnino relinquant, hoc solum spectando vt animam tuam puram coram Deo conferues, absque eo quod vel minima cogitatio huius vel illius rei idiplum impediatur. Atque adeo illud pro certo habeas, quod nunquam in Conuentibus, & Communitatibus Religiosis deerit offendiculum aliquod, cum Dæmones nunquam desint satagentes deturbare Sanctos: quod & Deus ipse ad illorum exercitium & experimentum permittit. Tu vero nisi, prout dictum est, prospexeris tibi, non secus, ac si non esses in monasterio quantumuis allabores, Religiosus esse non poteris, neque ad sanctam nuditatem, & introersionem peruenire, neque inibi latentia damna subterfugere. Si enim aliter te gesseris, quantumuis optimo fine ac zelo ducaris, siue in vno siue in alio à Dæmone deprehenderis, & sane satis multum ab illo deprehensus es, quoties præbes aditum animæ circa aliquid huiusmodi sese distrahendi. Memento quid dicat S. Iacobus Apostolus: *Si quis putat, (inquit,) se religiosum, esse non refrenans linguam suam, huius vana est religio.* quod non minus de interiori, quam etiam de exteriori lingua intelligendum est.

Contra Dæmonem.

RIBVS cautelis vt debet quisquis ad perfectionem aspirat, vt Dæmonis secundi hostis manus effugiat. quocirca notandum est, inter varias, quas Dæmon vsurpat cautelas, vt personas spirituales

tuales decipiat, ordinariam magisque frequentem esse eam, qua subspecie boni, non verò sub specie mali, eis illudit, optime quippe nouit ille malum manifeste cognitum vix eas admissuras. Idcirco nunquam non debes timere, etiam id quod apparet bonum, tunc maxime, cum illud non præstas ex obedientia. Tutum & sanum erit hac in re illius consilium sequi, à quo illud capere teneris.

CAVTELA I.

SIt itaq; Cautela prima aduersus Dæmonem: vt nunquam mouearis ad faciendum aliquid, (quod ex statuto ordinis facere non teneris) quantumuis bonum & charitate plenum videatur cum tibi, tum etiam cuius alteri, intra vel extra claustrum existenti absque præscripto obedientiæ meritum & securitatem tribuentis. Sic enim faciendo, proprietatem vitas, dæmonemque & damna, quæ ignoras subterfugis, de quibus suo tempore Deus à te rationem exiget, quam cautelam nisi diligenter obserues, tum in minimis, tum etiam maioribus, non poteris non decipi à Dæmone siue parum, siue multum, quantumuis rectè te agere arbitrere. licet enim aliud non incurreres nocumentum quam non sequi in omnibus obedientiæ ductum, satis notabile esset, si quidem culpabiliter erras; Deo enim obedientia magis placet, quam sacrificia: porro religiosi actiones non ipsius, sed superioris sunt, quas si ab illo subtraxerit, tanquam infructuosæ, & perditæ requirentur ab eo.

CAVTELA II.

SEcunda cautela sit talis; vt nunquam Prælatum tuum, quicumque ille sit, a-

literaspicias, quam si aspiceres ipsam Deum, quippe qui vice Dei tibi datus est. Nota vero diligenter Dæmonem humilitatis iuratum hostem, hac in re plurimum se ingerere. Cæterum si Prælatum (vti dictum est) intuearis, maximum inde lucrum, & profectum percipies, minus iacturam & detrimentum temensum. Vnde sedulo inuigila, ne illius conditionem attendas, non modum, non artes, non alias ipsius agendi rationes, nam si secus feceris, maximo te damno afficies, diuinam enim obedientiam, pro humana commutabis, solumque ad obedientiam mouebunt vel non mouebunt te modi, & respectus, quos sensibilibus vides in superiore, non vero ipse Deus inuisibilis, cui in persona illius inseruis. & sic obedientia tua vana erit, vel certe eo infructuosior, quò tu vel ob aduersam Prælati conditionem amplius grauaris, vel ob gratam placidamque magis hilares. Equidem dico tibi Dæmonem, dum ad hos Prælati modos attendendos inducit, maximam religiosorum ad perfectionem tendentium multitudinem pellendare: quorum obedientia exigui admodum pretij est coram Deo, eò quod obediendo ad ista oculos suos conuertunt.

B.
Joann
à Cru.

Opera
mystica
NIV
122

Nisi hac in re vim intuleris tibi, ita ut eo vique peruenias, quod tibi perinde sit (quatenus ad tuum priuatum sensum spectat) vtrum is vel ille Prælati locum teneat; nullatenus esse poteris spiritua- lis, neque vota tua fideliter custodire.

CAVTELA III.

Tertia cautela, directe contra dæmonem pugnans, est: ut serio studeas te ipsum iugiter humiliare verbo & opere; de aliorum bonis ita congaudens, sicut de tuis; cupiensque ut in omnibus

rebus illi præferantur tibi, idque sincero corde. qua ratione vinces in bono malo, Dæmonem procul pelles cordisque possidebis læticiam. Et hoc ipsum præstare stude erga illos potius, quibus minus afficeris, quam erga alios: certo tibi persuadens, quod nisi hoc pacto te gesseris, nec ad veram peruenturus charitatem, nec in ea progressus facturus sis. Ama semper doceri potius ab omnibus, quam velle docere etiam omnium minimum.

Contra Carnem & sensualitatem.

Ribus se cautelis muniat oportet, qui de se ipso ac sensualitate propria (quæ est tertius animæ hostis) desiderat reportare victoriam.

CAVTELA I.

PRIMA cautela sit: ut tibi persuadeas alium ob finem ad monasterium te non venisse, nisi ut poliaris, & exagiteris ab omnibus. quare ut subterfugas imperfectiones & inquietudines, quæ circa conditionem & conuersationem Religiosorum possent contingere; utque ex omnibus euentibus fructum percipias; conuenite cogitare, omnes quotquot sunt in monasterio, esse officiales siue ministros ad exagitandum te missos, sicuti reuera sunt. ab his enim exercendus es verbo, ab illis opere, ab alijs cogitatione aduersum te: in quibus omnibus ita subditus esse debes, quemadmodum imago vel statua sculptori, pictori, & inauratori subijcitur. Quod nisi fideliter obseruaueris, neque propriam sensualitatem ac sensus superare, neque in monasterio cum Religiosis, sicut par est, conuersari, neque sanctam adipisci pacem, nec denique innumera offendicula, & mala deuitare poteris.

CAVTELA II.

SECUNDA cautela sit: ut nunquam facere prætermittas opera ob gustus vel saporis defectum, si ad Dei seruitium illa fieri expediat; neque illa facias ob solam suauitatem & saporem; quem ex illis percipis, nisi forte illa facere expediat æque ac insipida. Etenim nisi hoc efficias, fieri non potest ut animi constantiam acquiras, & superes infirmitatem tuam.

CAVTELA III.

TERCIA cautela sit: quod vir spiritualis nunquam in suis exercitijs debet collimare oculos ad illorum gustum & saporem, ut ei inhaereat, eoque intuitu solotalia exercitia præstare; neque quod in eis amarum est subterfugere; quin imo quod laboriosum & insulsum est, debet inquirere, & amplecti: sicut enim coercetur & frenatur sensualitas. Alias enim, nec amorem proprium superabis, nec Deiamorem lucraberis, vel consequeris.

FINIS.

S E N T

SENTENTIARIUM SPIRITUALE

V. P. F. IOANNIS A CRUCE PRO RELIGIOSIS SUI ORDINIS.

Aspiratio ad Deum D. nostrum.

ETIAM (ô Deus & dulcedo mea!) in hisce amoris & lucis tuę dictis ob gratiam tui sese anima mea impendere cupit, licet enim illorum verba habeam, non vero opera & virtutem quę tibi, ô Domine mi magis placent, quam eorum loquela, & scientia, alij tamen illis prouocati in tuo seruitio & amore fortasse proficient, in quo ego deficio; eritque animę meę aliquale solamen, quod nimirum occasio fuerit, vt quod in ipsa desideratur, in alijs tu reperiās. Diligis ô Domine discretionem, diligis lucem, diligis super alias omnes animę operationes, amorem. Idcirco hæc dicta erunt discreta viatori, lucida viæ, & inter ambulandum amorosa. Subsistat igitur procul mundi Rhetorica, sistant gradum verba, & eloquentia arida humanę sapientiæ, argutæque fragilitatis, quam hætenus non probasti; loquamurque cordi verba, lumine, amoreque tuo madentia, quę vtique placent tibi. E medio forte sic tolles offendicula, & obstacula, à multis animabus, quę ignoranter impingunt, & ignoranter errant, existimantes se rectè procedere, quo-

B.
Joann
à Cru.

Opera
mystic
NIV
122

quoad sequelam dulcissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi; similes ei fieri satagentes in vita, conditionibus, ac virtutibus, iuxta normam nuditatis & puritatis spiritus ipsius. Sed tu ô misericordiarum Pater id præsta; nihil enim Domine fiet absque te.

PRIMA SENTENTIA.

1. **S**TUDEAS fouere ordinariam sollicitudinem & affectum imitandi Christum in rebus omnibus, atque ita te geras, sicut ipse se gereret.

2. Abrenuncia propter Christum omnibus gustibus occurrentibus: qui dum viueret alium gustum non habuit, quam Patris sui facere voluntatem.

3. Conare iugiter animam inclinare, non ad faciliora, sed difficiliora; non ad id quod est magis dulce, sed ad id quod est magis insipidum; non ad altiora pretiosioraque, sed ad humiliora & magis contemptibilia, non ad plura, sed ad pauciora, non ad appetendum aliquid, sed potius ad nihil volendum.

4. Præstat oneratum esse iuxta fortem viribus, quam alleuiatum iuxta infirmum ac debilem. Cum es oneratus, iuxta Deum manes, qui est fortitudo tua, quique *iuxta est his qui tribulatio sunt corde*: Cum vero alleuiatus es, tibi ipse proximus, qui es tua imbecillitas; virtus enim & fortitudo animæ, in laboribus crescit & confirmatur.

5. Qui absque magistri ac ducis auxilio esse vult, erit tanquam arbor in agro sola sub nullius dominio: quæ licet fructibus abundet, à viatoribus tamen decerpentur, nec ad maturitatem peruenient.

6. Anima sola & absque spirituali magistro, est instar prunæ separata, quæ tepescet potius, quam inardescet.

7. Qui solus absque ductore labitur, solus in casu iacet, & animam suam parui pendit, cum sibi soli fidat.

8. Si casum non metuis solus, time resurgere solus: considera autem quod plus duo, quam vnus possit.

9. Qui oneratus cadit, difficulter oneratus resurgit. qui cæcus corruit, non resurget solus à cæcitate, quod si solus resurrexerit, per viam, qua non conuenit, incedet.

10. Magis exigit Deus à te minimum puritatis conscientia gradum, quam quæuis alia opera, quæ præstare potes.

11. Pluris facit Deus in te, quod ad desolationes internas & labores ob ipsius amorem ferendos propendeas, quam consolationes omnes vitionesque spirituales ac meditationes, quas habere possis.

12. Plus amat Deus in te minimum obedientia & submissionis gradum, quam obsequia omnia, quæ illi præstare cogitas.

13. Desideria tua abnega, & inuenies, quod desiderat cor tuum, qui seis, vtrum appetitus tuus sit secundum Deum?

14. Quandoquidem ex voluntatis

Lll tuæ

tua adimpletione duplicari debeat amaritudo tua, noli ei satisfacere, etiamsi manere debeas in amaritudine.

15. Plus indecentia & impuritas habet anima ut ad Deum tendat, si appetitum concupiscibilem, licet minimum cuiusvis rei huius mundi foueat; quam si omnium foedarum, molestissimarumque tentationum, ac tenebrarum, quae excogitari possunt, pondere dummodo grauaretur, eis minime assensum praebat.

16. Magis placet Deo anima, quae arde & cum labore, ei quod aequum & iustum est subijcitur; quam illa, quae in his deficiens, omnia opera sua cum spiritu suauitate exequitur.

17. Gratius est Deo opus, quantumuis exiguum in abscondito factum absque desiderio ut alijs notum fiat, quam mille alia facta ex vano desiderio, ut hominibus innotescant.

18. Qui expurissimo amore propter Deum operatur; etiamsi Deus id non deberet scire, non cessaret eadem obsequia parilacritia, & amoris puritate praestare.

19. Opus purum & integrum propter Deum factum: in sinu cordis puro, regnum purum efficit suo Domino.

20. Dupliciter laborat passer, qui infedit visco, videlicet ut illo se extricet, & ut se mundet ab illo: dupliciter etiam laborat is, qui appetitu suo satisfacit; imprimis ut inde auellat se, deinde, ut a macula adhaesionis seipsum emundet.

21. Qui appetitibus non obtemperat, expeditè volabit secundum spiritum, instar auis pennis minimè destitutæ.

22. Perinde est si auis tenui vel crasso filo ligata hæreat: quamuis enim tenue filum sit, attamen donec illud abrumpat ligata manebit, nec auolabit: sic etiam a-

nima quæ alicui rei etiam minutissimæ adhæret.

23. Mafca mellis appropinquans, praepedit volatum suum: & anima quæ dulcedini spiritus inhætere cupit, obstat libertati, & contemplationis suæ.

24. Noli praesens fieri creaturis, si Dei faciem conseruare cupis in anima clara & simplici: sed potius euacua & longefac ab illis spiritum tuum, & sic inter medias diuinas lucas gradieris.

25. Quid diutius immoraris, cum pollis è vestigio Deum diligere in corde tuo?

26. Spiritus ritè expurgatus, non inuoluitur externis reflexionibus, neque humanis respectibus; sed solus & remotus interius à cunctis formis, suauiter tranquillitate cum Deo communicat.

27. Amans Deum Anima, blanda humilis & patiens est: Anima vero dura in suo amore proprio obdurescit.

28. Qui orationis filum perdit, est instar eius, qui passerem, quem manu tenebat, auolare permisit, quem difficulter rursum capiet.

29. Vnica duntaxat cogitatio hominis pretiosior est uniuerso mundo: videt ea solus Deus dignus est, illique debetur: ac proinde quauis cogitatio, quæ circa Deum non versatur, turti nos arguit.

30. Ad insensibilia requiritur quod minime sentitur, ad sensibilia vero, sensus, ad spiritum autem Dei, cogitatio.

31. Considera quod Angelus turcustos non semper moueat appetitum ad operandum, tametsi semper rationem illustret: proinde noli expectare suauitatem sensibilem, cum ratio & intellectus tibi sufficiant.

32. Appetitus cum circa aliquid extra Deum versatur, obstruit aditum motio-
ni angelicæ.

B.
Joann
à Cru.

Opera
mystica
NIV
129

33. Id quod ambis, quodque magis desideras, non inuenies per viam hanc tuam, neque per sublimem contemplationem; sed in multa humilitate, cordisque flexura.

34. Noli frustra fatigari, non enim saporem & spiritus suauitatem ingredieris, nisi eius, quod concupiscis abnegationi insisteris.

35. Vide quod flos, quanto delicatior est, eo citius marcescat, odoremque amittat, propterea caue ne velis per spiritum suauitatis incedere; sic enim minime constans eris.

36. Selige tibi spiritum robustum, nulli rei affixum, & sic inuenies suauitatem pacemque copiosam, fructus enim sapidi, dulces ac permanentes in frigidis regionibus inueniuntur.

37. Quod ex mundo nascitur mundus est, sicut quod ex carne nascitur caro est. Bonus autem spiritus oritur solummodo à Dei spiritu, qui neque per mundum, neque per carnem communicatur.

38. Rationem in eas cum tua ratione, ut quod ipsa dicitur, in via Dei perficias; quod multo magis tibi proficuum erit coram Deo tuo, quam opera omnia, quae facis absque huiusmodi reflexione, & plusquam omnes fauores spirituales, quos requiris.

39. Felix qui proprio gustu & inclinatione relicto, sic aspicit res, ut solus rationis & iustitiae intuitu illas perficiat.

40. Qui rationaliter operatur, similis est illi, qui substantiali cibo, qui autem voluntatis suae gustui cupit satisfacere, similis est ei, qui fructibus flaccidis & molibus vescitur.

41. Si animam expurgaueris à peregrinis possessionibus, & appetitibus, res spiritualiter intelliges, & si abnegaueris appetitum erga illas, illarum veritate frue-

ris, cognoscendo quod certum in illis est.

42. Ille profecto res omnes iam vicit, quem nec illarum gustus mouet ad gaudium, nec amaritudo ad tristitiam.

43. Si pertingere cupis ad sanctam inuersionem, debes incedere non res admittendo, sed abnegando eas in spiritus nuditate.

44. Ad perfectionem peruenire non poterit, qui non studet sibi satisfacere, ita ut tam appetitus naturalis, quam spiritalis contenti sint in vacuitate omnium, quae non sunt Deus; quod praerequitur ad completam pacem, & tranquillitatem Spiritus.

45. Siquidem Deus inaccessibilis est, non requiescas in his quae potentiae tuae possunt comprehendere, & sensus sentire; ne quod minus est tibi satisfaciatur, & perdat anima tua agilitatem ad tendendum in illum requilitam.

46. Sicut qui trahit currum sursum, ita ad Deum tendit anima non excutiens sollicitudinem, & appetitum non extinguens.

47. Non est Dei voluntas ut anima perturbetur, aut in re aliqua patiat: si enim aliquid patitur, id ex virtutis imbecillitate procedit: siquidem viri perfecti anima letatur in eo, quod imperfectam contristat.

48. Via vitae modicam requirit negotiationem & sollicitudinem, sed magis exigit propriae voluntatis abnegationem, quam multam scientiam: Qui plus rebus & gustibus inhaerit, is minus progreditur per eam.

49. Ne quaeso tibi persuadeas, quod placere Deo situm sit in multis operibus, sed potius in hoc, quod opera fiant cum recta voluntate, absque proprietate, & humanis respectibus.

50. Ad vesperam de amore ratio exi-
getur abs te; addisce Deum amare, sicut
ipse amari vult, & innatam tibi condi-
tionem relinque.

51. Caue ne te rebus alienis immisce-
as, nec illarum recorderis. Vix enim pen-
sum tuum adimplere sufficies.

52. Noli putare ex eo quod in aliquo
non resplendant virtutes, quas tu con-
cipis, ideo non sit coram Deo pretiosus
propter illa, quæ tu non cogitas.

53. Nescit homo rationabiliter lætari
& dolere: eo quod distantiam inter bo-
num, & malum minime percipiat.

54. Vide ne propter sæculi aduersos
casus contisteris repente, cum nescias
bona, quæ secum adferunt à Deo præor-
dinata, in iustorum vtilitatem, & electo-
rum gaudium sempiternum.

55. Vide ne gaudeas propter bona
transitoria, cum certus non sis, an æter-
nam tibi vitam allatura sint.

56. In tribulatione ad Deum confi-
denter accurre, & sic confortaberis, illu-
minaberis, & erudieris.

57. In gaudijs & gustibus, cum timo-
re & veritate confestim ad Deum confu-
ge, & sic non decipieris nec implicaberis
vanitate.

58. Deum vt sponsum & amicum ha-
beto, & coram eo iugiter ambula, & sic
vitabis peccata, & amare addisces, resq;
necessaria prospere tibi succedent.

59. Absque fatigatione gentes subiugabis,
tibi que famulabuntur omnia, si
tam illorū, quam tui ipsius oblitus fueris.

60. Quæti indulge, superfluas curas
à te repellendo, & quicquid demum ac-
cidat negligendo; & sic seruias Deo cum
propria satisfactione, & in illo lætaberis.

61. Vide quia Deus non regnat nisi in
anima pacifica, & propria quæstione
tenudata.

62. Etiam si multa opera facias, nisi
tamen addiscas voluntatem tuam abne-
gare ac te subijcere, tui, rerumq; tuarum
curam deponendo, non progredieris in
via perfectionis.

63. Plus Dei donis vna duntaxat ho-
ra lucratur, quam per totum vitæ cur-
sum, proprijs lucraremur.

64. Valde imminuitur conscientie
secretum, quoties aliquis manifestat ho-
minibus fructum eius; tunc enim reci-
pit pro præmio fructum laudis transi-
toria.

65. Super omnia nobis necessarium,
est huic magno Deo exhibere silentium
tum appetitu, tum lingua, is enim solum
exaudit silentem linguam amoris.

66. Noli vana extolli lætitia cum scias,
quot & quanta peccata commiseris, &
ignores qualiter Deo gratus sis, verum-
tamen time, ac spera.

67. Linguam & cogitationes tuas re-
frena valde, affectusque tuus assiduo ad-
hæreat Deo, & in calefcet spiritus diuino
modo.

68. Spiritualem tranquillitatem cum
amorosa Dei notitia habere satage, cum-
que necessario loquendum tibi erit, e-
dem tranquillitate, & pace id exequi-
ris.

69. Frequenter memineris æternæ
vitæ; quodque abiectiores & pauperio-
res, quique seipos minus æstimant altio-
ri dominio, & gloria fruuntur in Deo.

70. Delectare frequenter in Deo, qui
est salus tua; & considera bonum esse pa-
ti quidquid euenerit, propter eum qui
bonus est.

71. Quid scit qui pro Christo pati nescit
cum de laboribus agitur, quo plures &
grauiores sunt, eo melius.

72. Si quis tibi persuadere conetur do-
ctrinam laxā, tamen si miraculis eā confir-
met,

B.
Joann
à Cru

Opera
mystic
NIV
129

met, ei non credas, sed magis austeriori penitentia, & abstractioni à rebus omnibus, fidem adhibeas.

73. Considera, summo opere expedire, te tibi ipsi esse contrarium, atque per austeram vitam, ad perfectionem contendere, simulque intellige de quolibet verbo prolato præter ordinem obedientia, Deum à te rationem exacturam.

74. Interius exteriusque cum Christo crucifixus, viues in hac vita cum satietate, & satisfactione animæ tuæ, & in patientia tua possidebis eam.

75. Amorem erga Deum attentionem habero, absque appetitu percipiendi aliquid singulare de illo.

76. Assiduam in Deo habe fiduciam, æstimando quod ille, in te, & in alijs pluris facit, nempe bona spiritualia.

77. Ne admiseris in anima tua rem aliquam non habentem in se substantiam spirituales, hæc enim efficiet ut veræ deuotionis, & recollectionis suauitatem amittas.

78. Satis tibi sit Christus crucifixus, cum ipso patere, & requiesce, & sine ipso, nec pati, nec requiescere velis, ideoque rebus omnibus internis externisque proprietatibus, seu adhesionibus te ipsum exinanire stude.

79. Sinus tui conclaue ingredi, & coram Deo tuo, qui tibi semper adest & benefacit, feruenter labora.

80. Conare iugiter ut res nihil tibi facessant negotij, nec tu rebus, sed potius oblitus omnium maneat cum Deo in recessu tuo.

81. Labores multum ama, & pro nihilo dueas: ut sic placeas illi Domino, qui pro te mori non dubitauit.

82. Pauper qui nudus est, vestietur, animam vero, quæ appetentias & desideria sua exuerit, puritate, suauitate, ac voluntate sua vestiet Deus.

83. Vnicum duntaxat verbum locutus est Pater, Filium nimirum suum: atque in æterno silentio semper illud loquitur, quod etiam in silentio debet anima audire.

84. Non debemus labores nobis adaptare, sed nos ipsos laboribus.

85. Qui Christi crucem non querit, nec ipsius gloriam querit, quem si possidere desideras, extra crucem nequaquam requiras.

86. Deus ad hoc ut animam diligit, non illius excellentiam, sed grandem illius humilitatem, cuique contemptum respicit.

87. Cælum corruptioni non subiacet, nec generationi, neque animæ celestem naturam sortita; appetitus generare, & nutrire solent.

88. Ne vescaris vitæ huius vetitis cibis: quia beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

89. Appetitus fatigant animam, obnubilant, maculant, atque debilitant.

90. Non consistit perfectio in virtutibus quas in te cognoscit anima, sed in illis, quas Deus in ipsa cognoscit: quod est quid reconditum & occultum, quare non habet vnde præsumat, sed potius vnde metuat.

91. Amor non consistit in hoc, quod quis magna sentiat, sed in magna nuditate & patientia propter Deum dilectum.

92. Potentiæ ascensus animæ non debent omnino circa res effundi & occupari, sed solum quantum est necessarium, & reliquum liberum ipsi Deo relinquendum est.

93. Tria sunt signa recollectionis internæ: 1. signum, si animæ non placent res transitoria. 2. si placet illi solitudo & silentium, & id quod perfectius est curat. 3. Si meditatione & discursu, quibus antequam

uabatur, nunc impeditur, quæ signa simul reperiri debent.

94. Nō aspiciere alienos defectus, seruare silentium, & assiduum cum Deo commercium, ingentes euellunt imperfectiones ab anima, maximarumque virtutum Dominam efficiunt.

95. Non suspiceris aduersus fratrem tuum, quia perdes puritatem cordis.

96. Abstractum ab externis & possessione interiorum, rerumque diuinarum proprietate, neque prospera detinent, nec præpediunt aduersa.

97. Quid prodest Deo vnum dare, si aliud à te requirit? considera quid velit

Deus, & sic plenius satisfacies cordi tuo, quam eo, ad quod propendes.

98. Quomodo ita intrepide indulges voluptati & genio, cum debeas comparere coram Deo, etiam minimi verbi, & cogitationis rationem redditurus?

99. Vide quod multi sunt vocati, pauci vero electi, & quod nisi cautè sollicitèque vixeris, certior sit perditio tua quam salus.

100. Quandoquidem tempore reddendæ rationis dolere debes, quod non insumpleris tempus in Dei seruitio, cur modo non impendis, & ordinas illud eo modo, quo illud impendisse velles cum morieris?


EXCLAMATIO AD DOMINUM, qua V.P. finem imponit suis documentis.

Domine Deus amator meus, si adhuc memores iniquitatum mearum ut non exaudias orationem meam, fac mecum secundum voluntatem tuam: hanc enim & ipse volo, tuamque bonitatem & misericordiam exerce, & in illis cognosceris. Si vero opera mea expectas, ut ipsis intercedentibus annuas orationi meæ, Da illa tu Domine, & in me illa operare, nec non pœnas, quas tibi placuerit acceptare, mitte, & sic fiat, quod si opera mea præstolari non vis, quid o clementissime Domine expectas? cur moraris: cur tandem? si gratia & misericordia futura est, quam in Filio tuo requiro, accipe operum meorum teruntium, si quidem tibi placet, & hoc mihi bonum largire, si quidem & hoc tu vis. Quis euadere poterit in finimos modos, ac terminos, nisi tu o DEVS meus, in puritate amoris eum erigas ad te?

EPI.

B.

Joann
à CruicOpera
mystic
NIV
128



EPISTOLÆ
SPIRITVALES

VEN. ET MYSTICI DOCTORIS

FRATRIS IOANNIS A CRUCE PRIMI
Carmelitæ Discalceati.

EPISTOLA I.

Ad religiosum quendam sibi subditum, in qua illum instruit, quæ ratione debeat abstrahere voluntatem à gaudio Creaturarum, & in Deo illam collocare.

IN IESU CHRISTI, ô fili, sic semper in anima tua. Accipi epistolam R. V. qua indicat magna sibi à Domino immixta fuisse desideria occupandi voluntatem suam, solummodo in diligendo eum super omnia: in quem finem aliquot à me documenta requirit. Summopere lætor de his tam intensis desiderijs à Domino præstitis, at longe magis gaudebo, si ea executioni mandauerit. Idecirco animaduertat oportet: Gustus omnes, gaudia & affectus semper oriri in anima mediante affectu, & appetitu rerum quæ obijciuntur ei tanquam bonæ, conuenientes, & delectabiles, eo quod, ut ipsa putat, delectabiles sint, atque pretiosæ. Et iuxta hoc eius appetitus erga illas mouentur, ipsaque voluntas eas adipisci sperat, & in eis, cum præsentibus sunt, delectatur, timetque illas a-

mittere, & cum eas perdit, dolore afficitur. Vnde secundum affectus & delectationes rerum, alteratur anima, & fit inquieta. Ad annihilandum itaque, & mortificandum hos delectationum affectus, in rebus omnibus extra Deum, debet R. V. signanter notare; omne id de quo potest distincte gaudere voluntas, esse suaue ac delectabile, eo quod ipsa suaue esse arbitretur: porro nullas suaues ac delectabiles, in qua voluntas gaudere, & oblectari potest, est Deus. Nam sicut Deus subijci nequit apprehensionibus reliquarum potentiarum; ita neque subijci potest appetitibus & gustibus voluntatis. Etenim quem admodum anima non valet gustare Deum essentialiter in hac vita mortali, ita quæcunque suauitas & delectatio, quam percipit, Deus esse non potest, quantumuis sublimissima sit. quidquid enim voluntas distincte gustare & appetere valet, est in quantum id cognoscit sub ratione huius vel illius obiecti: cum igitur voluntas nunquam Deum gustauerit, prout in se est, neque sub aliqua eum appetitus apprehensione cognouerit, atque adeo nesciat qualis Deus in se sit; hinc

fit

B.
Joann
à Cru

Opera
mystic
NIV
129

ASA

fit quod ipsius gustus eum assequi nequeat, nec possunt ipsius esse, appetitus, & gustus, eo peruenire, ut Deum sciant desiderare, quippe qui ipsorum capacitatem excedit.

Constat itaque nullam rem distinctam earum, de quibus gaudere potest voluntas, esse Deum: ac propterea ut illi uniarur, debet seipsam euacuare, & auellere à quocunque inordinato affectu, appetitu, & gustu rerum omnium, de quibus distinctè gaudere potest, tam circa superiora, quam etiam inferiora, temporalia vel spiritualia; ut sic expurgata & emundata ab vniuersis gustibus, delectationibus & appetentibus inordinatis, tota simul cum affectibus suis, in amando Deum occupetur. Si enim voluntas potest aliquo modo comprehendere Deum, eique vniri, hoc non fit per aliquod medium ab appetitu comprehensibile, sed solum modo per amorem: iam vero cum suauitas, & delectatio, & quicquid aliud gustus, cuius voluntas est capax, non fit amor; sequitur nullum ex sapidis sentimentis esse posse medium aptum, ut voluntas Deo copuletur, sed tantum voluntatis operationem. longe quippe differt voluntatis operatio ab ipsius voluntatis sensu; per operationem enim quæ est amor, vnitur Deo, & in ipsum terminatur, non vero per apprehensionem, & sensum appetitus sui, qui tanquam finis ac terminus operationis in anima residet.

Possunt sentimenta, & motiua duntaxat, ad amandum deferuire, si voluntas ulterius progredi velit. Vnde lapida sentimenta non dirigunt ex se ad Deum animam, imo efficiunt ut ipsis insidendo hæreat: at vero operatio voluntatis, quæ est amare Deum, efficit ut anima in ipso solo ponat affectum, gaudium, gustum, voluptatem & amorem suum, prætermis-

omnibus, eum super omnia diligendo. Quare qui mouetur ad amandum Deum propter eam quam experitur suauitatem, eo ipso prætermittit hanc suauitatem, & amorem suum collocat in Deo, quem non sentit: si enim amorem collocat in suauitate & gustu quem percipit, relictendo & inhærendo illi, iam hoc esse amorem suum in Creatura, aut in re aliqua ad ipsam pertinente collocare, & motuum seu medium ut finem ac terminum sibi constituere, ac proinde opus voluntatis esse inutile & otiosum, quippe cum Deus incomprehensibilis sit & inaccessibleis, non debet voluntas suam operationem amoris (ut circa Deum versetur) collocare in eo quod ipsa tangere & appetitu apprehendere potest, sed in eo, quod is nec comprehendere nec attingere valet. Et sic voluntas amat quod certum ac verum est, iuxta beneplacitum fidei, in vacuitate & obscuritate sentimentorum suorum super illa omnia quæ ipsa potest percipere intellectu nominatum melius, credendo & amando, super omne id, quod potest intelligere. Vnde valde esset insipiens, qui deficiente suauitate & consolatione spiritali, putaret idcirco sibi deesse Deum: & dum ea afflueret, gauderet & exultaret, exultans propterea se habere Deum: & adhuc insipientior foret, si hanc in Deo suauitatem exquireret, gauderetque & inhæreret illi: Sic enim iam non requirit Deum, voluntate fundata in vacuitate fidei & charitatis, sed gustum & suauitatem spiritus (quæ quid creatum est) proprii gustus & appetitus ductum sequendo. Atque ita non diligeret patre DEUM super omnia (quod est veres omnes voluntatis in eo ponere) inhærens siquidem, & adhærens appetitu illi creaturæ, non ascendit vo-

EPISTOLA II.

Ad Moniales Carmelitas Discalceatas Oppidi
 Veas, vbi eas hortatur vt in silentio tam in-
 terno quam externo operentur.

voluntas super illam ad Deum, qui inaccessibilis est. Fieri enim nequaquam potest, vt voluntas pertingere possit ad fructum suauitate, & delectatione diuinæ vnionis, neque suaves & amabiles Dei amplexus valet experiri, nisi in nuditate & vacuitate appetitus ab omni gustu peculiaris, tam superiori, quam etiam inferiori. Hoc enim indicare voluit Dauid, quando dixit: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Sciendum est enim appetitum esse os voluntatis, quod tunc dilatatur, cum alicuius suauitatis buccella non impeditur, nec occupatur: cum enim appetitus circum aliquam versatur, eo ipso angustatur & restringitur: cum extra Deum nihil sit præter angustias, ac proinde vt anima recto tramite ad Deum tendat, eique vniamur, debet habere os voluntatis apertum, solummodo ipsi Deo, & à quacunque appetitus buccella auulsum, quo sic Deus illud impleat amore & suauitate sua. debet insuper hanc famem & sitim solius Dei habere, nec alia quauis re eam velle explete, quandoquidem Deum, sicuti est hic gustare nequit; imo etiam id quod gustari potest (si appetitus adsit) illius gustum præpedit. Id docuit Isaias cum ait: *Omnes sitiens venite ad aquas &c.* quo loco eos qui solum Deum sitiunt, nec habent argentum appetitus, ad satietatem diuinarum aquarum vnionis Dei inuitat. Plurimum itaque conuenit expedire, vt R. V. si magna pace animæ suæ frui, atque ad perfectionem peruenire desiderat, voluntatem suam Deo omnino consecret, quo sic cum illo vniamur, & nullo modo circa terrena, vilia, & abiecta occupetur. Diuina Maiestas, tam spirituales ac sanctum faciat, sicut ipse opto. Segobrida 14. Aprilis.

Fr. Ioannes à Cruce

IESVS MARIA sit in animabus vestris, Charissimæ in Christo filia, maxima mihi consolationis occasio fuit epistola Charitatum VV. Dominus ipse vobis retribuat, quod literas ad vos non miserim, non fuit voluntatis defectus, vere enim maius vestrum bonum desidero; sed quod satis multa dicta & scripta esse iudicarem ad operandum, quod est maxime necessarium. id enim quod desideratur, si tamen aliquid desideratur, non est loqui vel scribere (hoc enim frequenter abundat) sed tacere & operari; præterquam quod loqui distrahit, tacere vero & operari recolligit, & vires tribuit spiritui. itaque postquam aliquis scit ea quæ ad spirituales suum profectum sibi dicta sunt, non indiget ultra audire & loqui, sed in silentio, & solitudine serio illud operari, cum humilitate, charitate, & sui ipsius contemptu, absque eo quod alias res nouas statim inquirat, id enim solum deseruit ad satisfaciendum appetitui in exterioribus (imò nec sic illi satisfacit) spiritum vero debile, vacuum & virtute interna destitutum internam relinquendum. Et inde prouenit quod nec vnum, nec alterum proficit. Sicut nec prodest cibus, nondum perfecta prioris cibi digestionem: ex eo namque quod calor naturalis diuiditur, & circa vtrumque versatur, sufficientem virtutem non habet vt illos in aliti substantiam conuertat: ac proinde infirmitates, & morbi generantur. Multum interest, Charissimæ filia, vt spiritum cautè subducamus Dæmonis, ac sensualitatis astibus: secus enim plurimum nos defecisse inaduertenter comperimus, & à Christi

M m m virtut-

is
ce

B.
Joann
à Crua

Opera
mystic
NIV
122

virtutibus longe alienos esse; nouissimeque comparebimus gestantes opera nostra facta in uerso modo; & rati lampe- dem nos accensam gerere, apparebit ex- tincta, flatus enim, quibus eam accen- dere putabamus, forsitan aptiores erant ad eam extinguendam. Ne igitur no- bis hoc accidat, & ut dixi, ad hoc ut spi- ritum custodiamus, dico nullum medium aptius superesse, quam *Pati, facere, & Ta- cere*, sensusque ocludere cum exercitio & propensione ad solitudinem, & obli- uionem rerum omnium atque euen- tum, licet pereat totus mundus: nec unquam siue bonus, siue malus euentus sit, cordis tranquillitas ex amoris visce- ribus profecta negligenda est, utpote dis- positio ad patiendum in omnibus rebus occurrentibus. Tanti quippe momenti res est perfectio, & spiritus delectatio tam est pretiosa & opulenta, ut ad illam assequendam faxit Deus ista sufficiant: Impossibile est enim, ut quis gradatim proficiat, nisi *Faciat*, & simul *Patiatur* cum virtute, inuoluendo omnia in silentio. Hoc filie Domino volente intellexi, nempe quod anima, quæ cito ad loquendum, & conuersandum attendit, valde modicam attentionem habet ad Deum: dum enim illam habet, confestim ab intus tra- hitur ad tacendum, & omnemque conuer- sationem fugiendam, acceptabilius enim est Deo, si anima sese in ipso oble- det, quam si in alia re creata, quantum- uis excellentissima, eique uulissima sit. Commendo me precibus CC. VV. vo- bisque pro certo persuadeatis, opto, quod licet charitas mea exigua valde sit, ita nihilominus erga vos collecta est, ut nullo pacto obliuiscat vestri, quibus non mediocriter in Domino deuinctus sum. ipse sit semper nobiscum, amen.

Granata uigesima secunda Nouembrii 1587.

Fr. Ioannes à Crua.

Præcipua nostra necessitas est, tace- re coram hoc magno Deo, tam appetit, quam linguæ, cuius loquela, quamquam ipse libenter audit, est silens loquela amoris.

EPISTOLA III.

Ad Matrem Mariam à Iesu Fundatricem et Priorissam, ceterasq. Religiosas Conuentus Carmelitarum Discalceatarum Cordubæ.

Agit de bono Exemplo ac spiritu, quo procedendum est in fundatione monasteriorum.

IESVS sit in animabus uestris. Obligatio uobis incumbit correspondendi Domino, iuxta acclamationem & applausum, quo inibi receptæ estis. Reuera enim ex relatione consolatus sum, nec in eo quod ædes adeo inopes, uigentibus artibus caloribus ingressæ sitis, singulari Dei prouidentia id factum est, ut populum lucidificetis, & suadeatis, quod profitemini uidelicet Christum nudum, ut quæ deinceps ad ingressum religionis à Domino mouebuntur, quo spiritu eas venire oporteat, intelligant. Mitto R. V. omnes facultates, & licentias requisitas. Videant, videant, ut spiritum paupertatis, & rerum omnium contemptus conseruare contendant. Sin minus, scitote in mille uos necessitates, tum spirituales, tum etiam temporales deuenturas, si Dei uoluntate possessione nolueritis esse contentæ. Scire etiam uos uolo, quod non habebitis,

tis, nec experiemini plures necessitates quam illas, quibus corda vestra sponte subijcere volueritis: siquidem pauper spiritus in rerum defectu laetior est, magisque contentus: eò quod suum Totum in Nihilò reposerit. & sic ubique affluentiam & cordis amplitudinem reperit. Felix Nihil! felixque cordis latibulum! quod tantæ virtutis est, vt omnia subijciat, cum nihil sibi subijcere velit, curasque omnes deponat, vt amplius amore inardescat. Omnibus sororibus in Domino salutem dico. R. V. eis dicat ex parte mea, quod à Domino assumptæ sint, tanquam primarij istius Foundationis lapides: & vt cogitent quales eas esse oporteat, quæ tanquam fortiores debent esse fundamentum cæterarum. proficiant ex primitiis huius spiritus, quem Deus initio conferre suevit, vt denuo perfectionis iter, in omni humilitate & abstractione intus & foris, arripiant: non puerili animo, sed virili voluntate mortificationem & pœnitentiam sequantur, cupientes vt hic noster Christus aliquo vobis constet. dissimiles ijs qui propriam commoditatem & consolationem siue in Deo, siue extra ipsum quærunt, sed potius illis similes, qui in silentio & spe, cum amore, siue in Deo, siue extra ipsum, patiquærunt. Deus det vobis gratiam suam. Amen. Segobrida. 28. Julij 1.89.

Frater Ioannes à Cruce.

EPISTOLA IV.

Ad eandem Matrem Priorissam Conuentus Cordubensis. Instruit eam quæ ratione prouidere debeat rebus temporalibus, & spiritualibus suis Conuentus.

Es vs sit in animata, filia in Christo Charissima. Causa cur toto isto tempore à te relato nõ scripserim, potius adscribendum est loci distantia (cum agam Segobridæ) quam voluntatis defectui: hæc enim semper eadem in me est, & in Domino semper futuram spero. Infirmatibus tuis condoleo; quoad temporalia istius monasterij, nollem te adeò esse sollicitam, sic enim fiet vt Deus illius obliuiscatur, magnamque penuriam spiritualiter ac temporaliter incurretis; sollicitudo quippe nostra ipsa nos depauperat. *Lactis ò filia, in Domino totum cogitatum tuum, & ipse te enutriet.* Is enim qui, quod amplius est donat, & donare vult, non potest quod minus est non largiri. Ne desit tibi desiderium carentiæ, & paupertatis; eadem quippe horâ deficiet tibi spiritus, & in virtutibus eris remissior. Quod si pridem pauper esse optabas, nunc quando Prælate munere fungeris, id multo magis optare, & amare teneris; domum etenim virtutibus magis & desiderijs cælestibus regere, eique prouidere debes, quam sollicitudinibus, & inuentionibus circa res temporales, & terrenas: dicente nobis Domino, vt neque de cibo, neque de vestitu, neque etiam de die crastina cogitemus, nec recordemur. Hoc vnum R. V. facere incumbit, nempe, vt animam suam, & suarum monialium cum omni perfectione ac religione Deo vnitas esse curet, & oblitus omnis creaturæ, & respectus ad ipsam, vt sic omnes in Deo vnum sitis, & in illo dumtaxat hilares; nam quod attinet ad reliqua, ego fideiubeo. Sororibus salutem plurimam in summo bono nostro dico, qui numquam deserat spiritum tuum, mea filia, amen. Matrivi 20. Iunij. 1590.

Fr. Ioannes à Cruce.

M m 2

EPI-

EPISTOLA V.

AD MATREM ELEONORAM à S. Gabriele
Monialem Carmelitam Discalceatam
in Conuentu Cordubensi.

*Docet eam quomodo egredi oporteat de terra &
à nobis ad faciendum voluntatem Dei.*

IESVS sit in anima R. V. mea in Christo filia. Gratiago R. V. pro epistola tua, nec non Deo, quod ipsius opera uti voluerit in istius conuentus fundatione. hoc siquidem ideo à Diuina Maestate factum est, ut R. V. magis perficeret. Nam quo plura donate cogitat, eo magis illa nos efficit desiderare, donec nos omnino vacuos reddat, ut sic bonis suis cœlestibus impleat. Optime soluta erunt bona Hispali nunc à R. V. relicta amore sororum: ex eo namque, quod Dei imensa bona non capit, nisi cor vacuū, & solitarium: propterea Dominus (quia amat R. V.) vult ut bene sit solitaria, cupiens ipse omnem societatem R. V. exhibere, eritque necessarium ut R. V. applicet animum, quatenus ipso solo sit contenta, quo sic in ipso inueniat omnem consolationem. Licet enim anima in cœlo versetur, nisi ad illud amandum voluntatem applicet, nequaquam erit satisfacta: sic etiam nobis euenit cum Deo, quamuis. n. semper nobiscum sit, si alteri rei cor affixum & minime solitarium habemus, nequaquam contenti erimus. Non dubito quin Hispalenses sentiant ibidem solitudinem ob absentiam R. V. sed fortassis iam inibi profuerat, quantum poterat; nunc vero voluntas Dei est, ut etiam prosit apud nos: nam fundatio ista numerari debet inter præcipuas, quare conetur R. V. multum iuuare Matrem Priorissam, in omnib. rebus magna cum

vnanimitate & amore, licet non ignorem esse superuacuum V. R. hoc commendare; utpote quæ tanquam annosa, & experta, optime nouit, quæ solent accidere in hisce fundationibus: idcirco enim R. V. selegimus, det Dominus R. V. spiritum suum. Segobrida 8. Iulij 1589.

Fr. Ioannes à Cruce.

EPISTOLA VI.

Ad Sororem Magdalenam à S. Spiritu Monialem Carmelitam Discalceatam Cordaba.

Vbi eam confortat ad patiendum incommoda, quæ in nouis fundationibus sese offerunt.

IESVS sit in anima tua charissima in Christo filia. Gaudis sum videre proposita, quæ per epistolam ostendis, benedico Deum, qui providentia sua omnia disponit: satis enim tibi erunt necessaria in hisce fundationum primordijs, ad ferendos caloris æstus, angustiam loci, paupertatem, & labores in omnibus rebus: ita tamen, ut nemo percipiat verum tibi molesta sint, an non. Vide quod Deus in his principijs quærat animas non desides, & inertes, neque delicatas, & suauitantes; ac propterea tunc Diuina Mater peculiariter præsto est; adeo ut modica adhibita diligentia, possint in omni virtute proficere. & sane fors magna, & signum Dei fuit, alijs prætermisiss, te eò adducere. licet enim multum constare deberet quod relinquis, nihil plane est equidem cito etiam illud relinquendum erat. ut autem Deum in omnibus habeamus, oportet nihil nos in omnibus habere. Cor enim quod vnus est, quo pacto totum alterius esse potest? Sorori Ioan-

B.
Joann
à Cruce

Opera
mystic
NIV
129

næ idem etiam dico, nec non vt pro me Deum exoretis. Ipse sit tecum in anima, Amen. Segobrida 28. Iulij 1589.

Fr. Ioannes à Cruce.

EPISTOLA VII.

Ad Virginem quandam Matritensem, quæ postmodum habitum Carmelita Discalceata induit, vixitque laudabiliter in monasterio Arenarum.

Respondet tribus ab ea quæstis, nimirum circa peccata deservenda, meditando Christi Domini passionem, & gloriam Paradisi.

IESVS sit semper in anima tua. Eo tempore tabellarius appulit, quo respondere non poteram dum transiret, imo etiam nunc expectat. Donet cibi Deus, o filia, semper suam gratiam, vt tota in omnibus amori & obsequio illius intendas, prout teneris: si quidem in hunc solummodo finem ab illo creata & redempta es multa dicenda forent circa puncta, quæ à me inquiris; sed temporis, & epistolæ angustia id non permittit. Dicam tamen alia tria, quibus aliquantum proficere poteris. in primis circa peccata (quæ Deo ita exosa sunt, vt pro eis eum mori necesse fuerit) debes, vt condigne illa desistere, & vitare possis, hominum confortia, quantum fieri potest, declinare, atque illos fugere, & in quavis re agenda, non proferre plura verba, quam quæ sunt præcisè necessaria: nam tamen perfectus quis sit, cõuertendo tamen cum hominibus plus quam necessitas, & ratio requirit, oberit illi, simul etiam legem Domini exacte, & cum amore te custodire oportet. Quod ad Christi Domini passionem attinet, studeas corpus tuum rigide, sed discretè tractare, nec non odium tui i-

psius, & mortificationem prudenter exercere, nec velis in re vlla gustum, & voluntatem propriam sequi: hæc siquidem illius mortis, & passionis causa fuit: quidquid feceris de consilio Domine matris efficit. Quoad, denique, gloriam videlicet cœlestem, vt ritè eam mediteris, & ames; vniuersas mundi diuitias, & voluptates lutum reputes, vanitatem & fatigationem, sicuti reuera sunt. Nihil præterea magni facias, quantumuis magnum & pretiosum sit, præter Dei gratiam & amicitiam. quandoquidem pretiosiora quæque huius vitæ, si cum æternis illis bonis, pro quibus à Deo creati sumus, conferantur, turpia, & amara sunt: quorum deformitas, & amaritudo, licet breuis sit, & transitoria, permanet nihilominus æternaliter in anima, quæ illa æstimat, & magni facit. Non obliuiscor negotij tui, nunc autem expediri nequit; licet satis multum mihi cordi sit. Serio rem Deo commendes, & Deiparam Virginem & D. Iosephum aduocatos tibi assume. Domine Matri plurimam salutem dico, & vna simul orate pro me, vtque etiam amicæ vestræ pro me excharitate orent, curate. Deus donet tibi suum spiritum. Segobrida.

Fr. Ioannes à Cruce.

EPISTOLA VIII.

Ad D. Iohannam de Pedraça Granata.

Instruit eam quomodo se gerat in ariditatibus & derelictionibus.

IESVS sit in anima tua: cui gratias refero quod mihi hanc præstiterit gratiam vt non obliuiscar pauperum, nec sub umbra recumbam, vt tu dicis. Non parum

Mmm 3 me

me affligit cogitare, ne forte quod dicis, id etiam credas, nimis enim ingratus essem, si post tot mihi præstita beneficia, etiam cum illa minus promerebar tui obliuisceret. Considera qualiter id quod resider in anima possit obliuioni tradi. Putas ex eo quod in tenebris & spirituali vacuitate constituta es, ab omnibus te esse derelictam? Sed hoc mirum non est, quandoquidem in eo etiam Deum tibi deesse suspicaris. Sed reuera nihil deest, nec quicquam conferre opus est, imo nec habes, nec scies, nec intuenies, nã ista omnia nihil sunt nisi suspiciones absque fundamento. Qui aliud præter Deum non vult, non ambulat in tenebris, quantumuis tenebrosus, & pauperem se videat. Et quisquis non insequitur existimationes & gustus priuatos, nec in Deo, nec in Creaturis, neque in hoc, vel illo, sua obtemperat voluntati, is non habet offendiculum, nec quidquam conferre cum alijs habet opus. Bene procedis filia, si nas te duci & latere. Quæ enim es tu vt tui curam habeas? egregie sane te ipsam tractares? Numquam in meliori statu fuisse constituta, quam nunc es. nunquam enim adeo humiliata, & subiecta extitisti, neque te ipsam, & res mundanas tam parum aestimasti: neque tam improbam te, Deum vero ita bonum, vt nunc, cognoscebas: nec adeo pure, & absque propriæ utilitatis respectu Deo seruiebas vt nunc: nec denique voluntatis & propriæ quæstionis defectus insequeris nunc, vt solebas. Quid ergo vis? quem procedendi modum in hac vita tibi effingis? quid putas est seruire Deo aliud, quam abstinere à malo, custodiendo mandata, & pro viribus incumbere ipsius seruitio? si hæc adsint, quid alijs opus est apprehensionibus, aut luminibus, seu succis, siue hinc, siue illinc procuratis; in quibus ple-

rumque non desunt offendicula, & pericula anima, quæ apprehensionibus & appetitibus suis se ipsam decipit, & hallucinatur, atque à proprijs potentijs in errores inducitur. Vnde maximum Dei donum est, cum illas obsecrat, animamque adeo pauperem, & desolatam reddit, vt per illas errare non possit. Porro si in hoc non erratur, quid aliud requiritur, quam incedere per viam planam legis Dei, & Ecclesiæ, & solum viuere in fide obscura & vera, spe certa, & charitate integra? atque sic in patria prætolari bona nostra, viuendo hic instar aduenarum, peregrinorum, pauperum, exulium, orphanorum, desolatorum, & iniuriorum, nihil habentium, & illic omnia expectantium: latere itaque, & in Deo fiduciam habere: habes siquidem signa à Deo, id enim præstare & potes & debes, si minus, non erit mirum, si cernens te adeo stupida irascatur: cum ille per viam te ducat, quæ tibi magis expedit, atque in statu tam securo te collocauerit. Nihil aliud velis præter istum modum & viam, animumque ad illam complana: sic enim bene recum agitur: Communionem, vt solebas, frequenta; Confessionem vero, cum aliquid manifeste malum occurrit; nec opus est, vt multum de his rebus tractes. quando aliquid peculiare senseris, mihi scribes, scribas vero quamprimum, ac scipis, id enim præstare poteris per DD. Annam, cum per Moniales non licebit scribere. Aliquantulum malè me habui, ac nunc, laus Deo, bene valeo. Attamen frater Ioannes Euangelista ægrotat, ora Deum pro ipso & pro me, filia mea in Domino. Segobrida 12. Octobris 1589.

Frater Ioannes à Cruce

EPISTOLA IX.

Ad Matrem Annam de Iesu Religiosam Carmelitam Discalceatam in Conuentu Segobrida.

Vbi consolatur eam in mœrore quem sentiebat eo quod in Capitulo Generali V. P. à Pralatura liber remanserit.

IEs vs sit in anima R. V. Gratias plurimas refero quod ad me scripserit, ex quo multo magis deuinctum me sentio, quam prius eram. Quod res Capituli non ita euenerint, prout erat R. V. in votis, deberet potius esse consolationis & Deo gratias agendi occasio: cum enim Dei ordinatione factum sit, procul dubio nobis id magis expedit, solum restat applicare voluntatem, vt quemadmodum verum est, ita nobis esse videatur. res enim quae nobis displicent quantumuis bonae sint & consentaneae, malae videntur & aduersae; hanc autem satis constat nec alijs, nec mihi esse malam: mihi enim valde prospera est quia libere & absque onere animarum possum (dummodo velim) cum diuino adiutorio, solitudinis quiete frui, fructuque delectabili mei, rerumque omnium oblivionis, potiri. Caeteris autem etiam bonum erit si procul ab illis fuero: sic enim immunes erunt à defectibus, quos propter meam in regimine imperitiam commississent. Hoc vnum à te peto, filia, vt Deum exores, quatenus modis omnibus hanc mihi gratiam conferre pergat: Vereor enim ne Segobridam ire cogat, nec omnino ab omnibus expeditum me relinquant. licet etiam hoc

onus, quantum in me erit, conabor excutere. Quod si neque hoc licebit subterfugere, non tamen propterea Mater Anna à Iesu effugiet manus meas, sicut ipsa existimat. vnde nec morietur desolata ex eo quod cesset occasio, vt ipsa putat, acquirendi insignem sanctitatem. Verumtamen siue vadam siue maneam, vbi & quomodocunque manere me contingat, ipsius non obliuiscar: nam ex corde ipsius bonum aeternum desidero. interim vero dum illo in caelo frui differtur, virtutibus exercendis insistat, mortificationi scilicet, & patientia: cupiens per patientiam aliquo saltem modo assimilari huic Magno Deo nostro humiliato, & crucifixo: quandoquidem vita praesens, nisi illius sequamur vestigia, inutilis plane sit. Diuina Maiestas conferuet & augeat in R. V. amorem suum tanquam in Sancta, & sibi dilecta, Amen. Matrii. 6. Julij. 1591.

Fr. Ioannes à Cruce.

EPISTOLA X.

Ad Matrem Eleonoram Baptistam Priorissam Conuentus Veatensis Carmelitarum Excalceatarum.

Docet eam in quo consistat vita Apostolica & abrenunciatio religiosa.

IEs vs sit in anima R. V. Ne suspicetur (si filia in Christo) me non condoluisse laboribus, quos R. V. tulit, cum participibus laboribus, non sic res se habet. Veruntamen dum recolo, quod sicut à Deo vocata est, vt apostolicam vitam ageret (quae est vi-

B.
Joann
à Cruce

Opera
mystic
NVI
124

ta humilitatis & contemptus) ita per eandem ab eo ducitur, non mediocriter consolator. Equidem Religiosum, sic Deus Religiosum esse vult, vt rebus omnibus valedixerit, & ipsi res omnes. Quonia ipsemet Deus thesaurus, solatium, & delectabilis illius gloria esse vult. Insigne satis beneficium praestitit R. V. nunc enim rerum omnium oblita poterit sola frui Deo suo, gratum habendo, vt erga se fiat propter Dei amorem, quidquid hominibus libuerit: vtpote quae iam non sua sed Dei sit. filia-bus meis Magdalena, & Annae aliisque omnibus, me plurimum commendo. Granata 8. Februarij 1538.

Fr. Ioannes à Cruce.

Coplas del mismo hechas sobre vn eslasti de arca
contemplacion.

ENtre me donde no supe,
Y quedeme no sabiendo,
Tota ciencia trascendiendo.

Yo no supe donde entraua,
Pero quando alla me vi,
Sin saber donde me estaua,
Grandes cosas entendi:
No dire lo que senti,
Que me quede, no sabiendo,
Toda ciencia.

De paz y de piedad,
Era la ciencia perfecta,
En profunda soledad,
Entendia via recta,
Era cosa tan secreta,
Que me quede balbuciendo,
Toda ciencia.

Estaua tan embeuido,
Tan absorto y anegado,

Que se quedo mi sentido,
De toto sentir priuado,
Y el espiritu dotado,
De vn entender no entendiendo,
Toda ciencia.

El que alli llega de vero,
De si mismo desfallece,
Quanto sabia primero,
Mucho baxo se parece,
Y su ciencia tanto crece,
Que se queda no sabiendo,
Toda ciencia.

Quanto mas alto se sube,
Tanto menos se entendia,
Que es la tenebrosa nube,
Que a la noche escurecia,
Por esto quien la sabia,
Queda siempre no sabiendo,
Toda ciencia.

Este saber no sabiendo,
Es de tan alto poder,
Que los sabios arguyendo,
Iamas le pueden vencer,
Que no llega su saber,
A no entender entendiendo,
Toda ciencia.

Es de tan alta excellencia,
A questo summo saber,
Que no ay facultad ni ciencia,
Que le puedan entender,
Quien se supiere vencer,
Con vn saber no sabiendo,
Toda ciencia.

Y si lo quereys oyr,
Consiste esta summa ciencia,
En vn subido sentir,
De la diuinal essencia,
Es obra de su clemencia,

Hazer

Hazer que dar no entendiendo
Toda ciencia trascendiendo.

*Coplas de el alma que pena por ver à Dios: del mes-
mo Autor.*

Nuo sin viuir en mi,
y de tal manera espero,
que muero porque no muero.

En mí yo no viuo ya,
y sin Dios viuir no puedo,
Si sin el y sin mi quedo,
Este viuir que fera,
Mil muertes se me hara,
Pues mi misma vida espero,
Muriendo porque no muero.

Esta vida que yo viuo,
Es priuacion de viuir,
y así es continuo morir,
Hasta que vna contigo,
Oye me Dios lo que digo,
Que esta vida no la quiero,
Que muero, porque no muero.

Estando ausente de ti,
Que vida puedo tener,
Sino muerte padecer,
La mayor que nunca vi,
Lastima tengo de mi,
Pues de fuerte perseuero,
Que muero, porque no muero.

El pez que del agua sale,
Aun de aliuio no carece,
Que la muerte que padece,
Al fin la muerte le vale,
Que muerte aua, que se yguale,
A mi viuir lastimero,
Que muero, porque no muero.

Quando me pienso aliuar,
De verte en el Sacramento,
Hazeme mas sentimiento,

El no te poder gozar:
Todo es para mas penar,
Por no verte como quiero,
y muero, porque no muero.

y si me gozo Señor,
Con esperança deuerte,
En ver que puedo perderte,
Se me dobla mi dolor,
Viuiendo en tanto fauor,
y esperando como espero,
Muero me, porque no muero.

Sacame de a questa muerte,
Mi Dyos y dame la vida,
No me tengas impedida,
En este lazo tan fuerte,
Mira que peno por verte,
y mi mal es tan entero,
Que muero, porque no muero.

Llorare mi muerte ya,
y lamentare mi vida.
En tanto que detenid.
Por mis peccados esta
O mi Dios quando ser
Quando yo digade vero,
Viuo ya, porque no muero.

Otras del mismo a lo diuino.

TRas de vn amoroso lance,
y no de esperança falto,
Bole tan alto tan alto,
Que le di a la caça alcance.

Para que yo alcance diesse,
A aqueste lance diuino,
Tanto bolar me conuino,
Que de vista me perdiesse,
y con todo en este trance,
En el buelo quede falto,
Mas el amor fue tan alto,
Que le di a la caça alcance.

Nnn

Q 110-

Quando mas alto subia,
Deslumbro se me la vista,
y lamas fuerte conquista,
En escuro se hazia,
Mas por fer de amor el lance,
Di vn ciego y obscuro salto,
y fuy tan alto tan alto,
Que le di a la caça alcance.

Quando mas alto llegaua,
Destel lance tan subido,
Tanto mas baxo y rendido,
ya batido me hallaua:
Dixe, no aura quien alcance,
y abatime tanto tanto,
Que fuy tan alto tan alto,
Que le di a la caça alcance.

Por vna estraña manera,
Mil buelos passe de vn buelo,
Porque esperança del cielo,
Tanto alcanza quanto espera,
Espere solo este lance,
y en esperar no fuy salto,
Pues fuy tan alto tan alto,
Que le di a la caça alcance.

*Otras canciones a lo diuino del mismo autor, de
Christo y el alma.*

VN Pastorcico solo esta penado,
Ageno de placer y de contento,
En su pastora puesto el pensamiento,
y el pecho del amor muy lastimado.

No llora por auer le amor llgado,
Que no le pena verse assi affligido,
Aunque en el cor. çon esta herido,
Mas llora por pensar que esta olvidado.

Que solo de pensar que esta olvidado,
De su bella pastora con gran pena,
Se dexa maltratar en tierra agena,
El pecho del amor muy lastimado.

y dize el Pastorcico ay desdichado,
De aquel, ç de mi amor a hecho auencia
y no quiere gozar la mi preferencia,
y el pecho por su amor muy lastimado.

y al cabo de vn gran rato se a encumbrado
Sobre vn arbol, do abrio sus brazos bellos,
y muerto se ha quedado hasido dellos,
El pecho del amor muy traçpassado.

*Cantar de la alma que se buelga. deconocer a Dios
por se.*

Que bien se yo la fuente ç mana y corre
Aunquees de noche.

A quella eterna fuente ç esta escondida,
Que bien se yo do tiene su manida,
Aunquees de noche.

Se que no puede ser cosa tan bella,
y que cielos y tierra beuen en ella,
Aunquees de noche.

Bien se que suelo en ella no se halla,
y que ninguno puede badealla,
Aunquees de noche.

Su claridad nunca es escurecida,
y se que toda luz della es venida,
Aunquees de noche.

Se ser tan caudalosos sus corrientes;
Que infernos, cielos riega y las gentes,
Aunquees de noche.

El corriente que nace desta fuente,
Bien se que es tan capaz y omnipotente,
Aunquees de noche.

El corriente que destas dos procede,
Se que ninguna dellas le precede,
Aunquees de noche.

B.
Joann
à Cruz

Opera
mystic
NVI
128

Aquesta eterna fuente esta escondida,
En este viuo pan por dar nos vida,
Aunquees de noche.

Aqui se esta llamando a las criaturas,
y desta agua se hartan aunque alcuras,
Porquees de noche.

Aquesta viua fuente que desseo,
En este pan de vida yo la veo,
Aunque de noche.

Romance sobre el Euangelio, In principio erat verbum. Acerca de la santissima

Trinidad.

EN el principio moraua,
El verbo y en Dios viuia,
En quien su felicidad,
Infinita poseya.

El mismo verbo Dios era,
Que el principio se dezia,
El moraua en el principio,
y principio no tenia.

Elera el mismo principio,
Por esto del carecia,
El verbo se llama hijo,
Que del principionacia.

Ha le siempre concebido,
y siempre le concebía,
Da le siempre su sustancia,
y siempre se la tenia.

Asi la gloria del hijo,
Esla que en el padre auia,
y toda su gloria el padre,
En el hijo poseya,

Como amado en el amante,
Vno en otro refidia,
y aqese amor que los vne,
En lo mismo conuenia,

Con el vno y con el otro,
En y gualdad y valia,
Tres personas y vn amado,

Entre todos tres auia.
y vn amor en todas ellas,
y vn amante las hazia,
y el amante es el amado,
En que cada qual viuia,
Que el ser que los tres poseen,
Cada qual lo poseya,
y cada qual dellos ama,
A la que este ser tenia,
Este ser escada vna,
y este solo las vnía,
En vn ynefable nudo,
Que dezir nose sabia,
Por loqual era infinito,
El amor que las vnía,
Porque vn solo amor tres tienen,
Tanto mas amor hazia.

De la comunicacion de las tres personas.

EN aquel amor ynmenso,
Que le los dos procedia,
Palabras de gran regalo,
El padre al hijo dezia,
De tan profundo deleyte,
Que nayde las entendia,
Solo el hijo lo gozaua,
Que es a quien pertenecia,
Pero aquello que se entiende,
Desta manera dezia,
Nada me contenta hijo,
Fuera de tu compania,
y si algo me contenta,
En ti mismo lo queria,
El que ati mas se parece,
A mi mas satisfacia,
y el que nada te semeja,
En mi nada hallaria,
En ti solo me he agraddo,
O vida de vida mia,
Eres lumbre de mi lumbre,
Eres mi sabiduria,
Figura de mi substancia,

Nnn 2

En

En quien bien me conplacia,
 El que ati te amar e hijo,
 Ami mismo le daria,
 y el amor que yo en ti tengo,
 Esse mismo en el pondria,
 En raçon de auer amado,
 Aquien yo tanto queria.

Declaracion Romance.

3.

VNa esposa que te ame,
 Mi hijo darte queria,
 Que por tu valor merezca,
 Tener mucha compaña,
 y comer pan a una mesa,
 Del mismo que yo comia,
 Porque conozca los bienes,
 Que en tal hijo yo tenia,
 y se congracie con migo,
 De tu gracia y lozania,
 Mucho te a gradezco padre,
 El hijo le respondia,
 A la esposa que me dieres,
 yo mi claridad daria,
 Para que por ella vea,
 Quanto mi padre valia,
 y como el ser que poseo,
 De su ser le recibia,
 Reclinar la he yo en mi braço,
 y en tu amor se abraçaria,
 y con eterno deleyte,
 Tu bondad sublimaria.

Prosigue quarto.

4.

HAgase pues dixo el padre,
 Que tu amor lo merecia,
 y en este dicho que dixo,
 El mundo criado auia,
 Palacio para la esposa,
 Hecho en gran sabiduria,
 El qual en dos aposentos,

Al to y baxo diuidia,
 El bajo de diferencias,
 y infinitas componia,
 Mas el alto hermoseaua,
 De admirable pedreria,
 Porque conozca la esposa,
 El esposo que tenia,
 En el alto colocaua,
 La angelica hierarquia,
 Pero la natura humana,
 En el baxo la ponía,
 Por ser en su compostura,
 Algo de menor valia,
 y aunque el ser y los lugares,
 Deita fuerte los partia,
 Pero todos son vn cuerpo,
 De la esposa que dezia,
 Que amor de vn mismo esposo,
 Vna esposa los hazia,
 Los de arriba poseya,
 El esposo en a legria,
 Los de abaxo en esperança,
 De fe que les infundia,
 Diciendo les, que algun tiempo
 El los engrandeceria,
 y que aquella su baxeza,
 El se la leuantaria,
 De manera que ninguno,
 ya la vituperaria,
 Porque en todo semejante
 El a ellos se haria
 y se vendria con ellos,
 y con ellos moraria,
 y que Dios seria hombre,
 y que el hombre Dios seria,
 y trataria con ellos,
 Comeria, y beueria,
 y que con ellos contino,
 El mismo se quedaria,
 Hasta que se consumase
 Este siglo que corria,
 Quando se gozaran juntos,
 En eterna melodia,

Pat.

B.
 Joann
 à Cruz

Opera
 mystic
 N. V.
 128

Porque el era la cabeza
De la esposa que tenia,
A la qual todos los miembros,
De los justos juntaria,
Que son cuerpo de la esposa,
A la qual el tomaria,
En sus brazos tiernamente,
y allí su amor le daria,
y que allí juntos en vno,
Al Padre la llevaria,
Donde del mismo deleyte,
Que Dios goza gozaria,
Que es el padre y el hijo,
y el que dellos procedia,
El vno viue en el otro,
Allí la esposa seria,
Que dentro de Dios abfotta,
Vida de Dios viuiria.

Profigue quinto Romance. 5.

COn esta buena esperança,
Que de arriba les venia,
El tedio de sus trabajos,
Mas leue se les hazia,
Pero la esperança larga,
y el desseo que crecia,
De gozarse con su esposo,
Continuo los affligia,
Por lo qual con oraciones,
Con suspiros y agonía,
Con lagrimas y gemidos,
Le rogauan noche y dia,
Que ya se determinase,
A les dar su compañía,
Vnos dizen o si fuesse,
En mi tiempo el a legria,
Otros acaba señor,
Al que has de embiar embia,
Otros o si ya rompiesse,
Essos cielos y veria,
Con mis ojos que bazafes,
y mi llanto cesaria,
Regad nubes de lo alto,

Que la tierra lo pedía,
y abrafe ya la tierra,
Que espinas producía,
y producza aquella flor,
Con que ella floreceria,
Otros dezian o dichofo,
El que en tal tiempo seria,
Que mereza ver a Dios,
Con los ojos que tenia,
y tratarle con sus manos,
y andar en su compañía,
y gozar de los misterios.
Que entonces ordenaria.

Profigue Romance. 6.

EN aquestos y otros ruegos,
Gran tiempo pasado auia,
Pero en los postretos años,
El feruor mucho crecia,
Quando el viejo Simeon,
En desseo se encendia,
Rogando a Dios, que quisiesse,
Dejar le ver este dia,
y allí el spiritu santo,
Al buen viejo respondia,
Que le daua su palabra,
Que la muerte no veria,
Asta que la vida viesse,
Que de arriba descendia,
y que el en sus mismas manos,
Al mismo Dios tomaria,
y le tendria en sus brazos,
y consigo abraçaria.

Profigue la Encarnacion Romance. 7.

YA que el tiempo era llegado,
En que hazerse conuenia,
El rescate de la esposa,
Quen duro yugo feruia,
Debajo de aquella ley,
Que Moyfes dado la auia,
El padre con amor tierno,

Nnn 3

Defta

Desta manera dezia,
 ya ves hijo que a tu esposa,
 A tu ymagen hechó auia,
 y en lo que a ti separece,
 Contigo bien conuenia
 Pero difiere en la carne,
 Que en tu simple ser no auia,
 En los amores perfectos,
 Esta ley se requeria,
 Que se haga semejante,
 El amante a quien queria,
 Que la mayor semejança,
 Mas deleyte contenia:
 El qual sin duda en tu esposa,
 Grandemente creceria,
 Si te viesse semejante,
 A la carne que tenia,
 Mi voluntad es la tuya,
 El hijo le respondia
 y la gloria que yo tengo,
 Estu voluntad ser mia.
 ya mi me conuiene padre,
 Lo que tu alteza dezia,
 Porque por esta manera,
 Tu bondad mas se veria,
 Vera se tu gran potencia,
 Iusticia y sabiduria
 yre lo a dezir al mundo
 y noticia le daria,
 De tu belleza y dulçura,
 y de tu soberania,
 yre a buscar a mi esposa,
 y sobre mi tomaria,
 Sus fatigas y trabajos.
 En que tanto padecia
 y porque ella vida tenga,
 yo por ella moriria.
 y sacandó la de el lago,
 A ti te la bolueria.

Profigue octauo Romance.

ENtonces llamo aun Archangel,
Que san Gabriel se dezia,

y embiólo a una doncella,
 Que se llamaua Maria,
 De cuyo consentimiento,
 El misterio se hazia,
 En la qual la trinidad,
 De carne al verbo vestia,
 y aunque tres hazen la obta,
 En el vno se hazia,
 y quedo el verbo en carnado,
 En el vientre de Maria,
 y el que tenia solo padre,
 y a rambien madre tenia,
 Aunque no como qualquiera,
 Quede varon concebida,
 Que de las entrañas della,
 El su carne recibia,
 Por lo qual hijo de Dios,
 y del hombre se dezia,

Del nacimiento Romance. 9.

YAque era llegado el tiempo,
 En que de nacer auia,
 Assi como desposado,
 De su talamo salia,
 Abraçado con esposa,
 Que en sus braços la traya,
 Al qual la agraciada madre,
 En vn pesebre ponia,
 Entre vnos animales,
 Que a la saçon allí auia,
 Los hombres dezian cantares,
 Los Angeles melodia,
 Festejando el desposorio,
 Que entre tales dos auia,
 Pero Dios en el pesebre,
 Allí lloraua y jemia,
 Que eran joyas que la esposa,
 Al desposorio traya,
 y la madre estaua en pasmo,
 Por que tal trueco veyra,
 Por llanto del hombre en Dios,
 y en el hombre el alegría,

B.
 Joann
 à Cruz

Opera
 mystic
 NMI
 128

Lo qual del vno y del otro,
Tan ageno ser folia.

*Otro del mismo que va super flumina
Babilonia.*

ENCima de las corrientes,
Que en Babilonia hallaua,
Alli me sente llorando,
Alli la tierra regaua,
Acordando me de ti,
O Sion a quien amaua,
Era dulce tu memoria,
y con ella mas lloraua,
Deje los trages de fiesta.
Los de trabajo tomaua,
Colgue en los verdes fauces,
La musica que lleuaua,
Poniendola en el desseo,
De aquello que en ti esperaua,
Alli me hirio el amor,
y el coraçon me sacaua,
Dixe le que me matafe,
Pues de tal suerte llagaua,
yo me metia en su fuego.
Sabiedo que me abrafaua,
Desculpando a la auecica,
Que en el fuego se acabaua.
Estaua me en mi muriendo,
y en ti solo respiraua,
En mi por ti me moria,
y por ti resuscitaua,
Que la memoria de ti,
Daua vida y la quitaua,

Gozauan se los estraños,
Entre quien cautiuo estaua,
Preguntauan me cantares,
De lo que en Sion cantaua,
Canta de Sion vn hymno,
Veamos como sonaua,
Dezid como en tierra agena,
Donde por Sion lloraua,
Cantare yo el alegria,
Que en Sion se me quedaua,
Echaria la en oluido,
Si en la agena me gozaua,
Con mi paladar se junte,
La lengua con que hablaua,
Si de ti yo me oluidare,
En la tierra do moraua,
Sion por los verdes ramos,
Que Babilonia me daua,
De mi se oluide mi diestra,
Que es lo que enti mas amaua,
Si de ti no me acordare,
En lo que mas me gozaua
Y si yo tubiere fiesta,
y sin ti la festejara,
O hija de Babilonia,
Mifera y desuenturada,
Bien auenturado era,
Aquel en quien confiaua,
Que te ha de dar el castigo,
Que de tu mano lleuaua,
y juntara sus pequeños,
ya mi porque en ti lloraua,
A la piedra que era Christo,
Por el qual yo te dexaua.

F. I. N. I. S.